*Ciuibus* [a] *meis do lego chirographum* [b] *Gaij Seij*. poſtea codicillis vetuit à Seio exigi, & ab herede petiit, vt ex alterius debitoris debito, quem codicillis nominauit, eandem ſummam reipublicę daret. Quæſitum eſt, ſi poſterior idoneus non eſſet, an integram quãtitatem heredes præſtare debeant. [c] Reſpondi, heredes reipublicæ aduerſus eum duntaxat debitorem qui nouiſſimis codicillis, vt proponitur, deſignatus eſt, actionẽ præſtare [d] debere. †

Relictum in defectum inſtitutorum videtur relinqui à venientibus ab inteſtato. Item verbum pertinere, trahitur ad fideicommiſſum. Bartolus.

Filiam ex aſſe inſtituit [e] heredem, eiq́; ſubſtituit nepotem ſuum, & ita cauit: Si (quod abominor) neque filia mea, [f] neque nepos [g] meus heredes mei erunt: tunc portionem meam partis dimidiæ, [h] fundi illius ad libertos meos pertinere volo. Quæritur, cùm ante teſtatorem & filia & nepos deceſſerũt, & inteſtati bona pertinuerunt ad pronepotem eius: an fideicõmiſſum [i] ad libertos pertineret. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, ſi nullus alius heres inſtitutus ſubſtitutúſq; eſſet, quàm filia & nepos, videri legitimorum fideicõmiſſum eſſe vt præſtarentur.

Confeſſio debiti facta à teſtatore nõ probat debitum: ſed fideicõmiſſi petitionem inducit. Bar.

*Quiſquis mihi heres erit, ſciat debere me Demetrio patruo meo denaria tria, & depoſita apud me à Seleuco patruo meo denaria tria, quæ etiã protinus reddi & ſolui eis iubeo*. Quæſitum eſt an ſi nõ deberẽtur, actio eſſet. Reſpondi, ſi non deberentur, nullam † quaſi ex debito [k] actionẽ eſſe, ſed ex fideicõmiſſo. [l]

B Verba generalia etiam in beneficiis reſtringuntur, vt odioſa nõ comprehendantur. hoc dicit ſecundùm Ia. de Are. vel aliter: Offendentibus non probãtibus ſequens meritum legatũ non debetur. h.d. ſecũdùm Dy. Bartolus.

Lucius Titius Damam & Pãphilum libertos ſuos ante biennium mortis ſuæ de domo dimiſit, [m] † & cibaria quæ dabat, præſtare deſiit: [n] mox facto teſtamẽto ita legauit: *Quiſquis mihi heres erit, omnibus libertis meis quos hoc te-*
C *ſtamento manumiſi, & quos ante habui, quoſque vt manumittantur petij, alimentorum nomine in menſes ſingulos certam pecuniã dato*. Quæſitum eſt an Damæ & Pamphilo fideicõmiſſum debeatur. Reſpõdi, ſecũdùm ea quæ proponerentur, ita deberi, ſi hi qui petent, manifeſtè docerent [o] eo animo circa ſe patronũ cùm teſtamentum faceret, eſſe cœpiſſe, vt his quoque legatum dari vellet: alioquin nihil ipſis præſtetur.

D Si heres in ſuo teſtamẽto relinquit quod teſtator legauerat, debetur ex primo teſtamento, non ex ſecundo. Item appellatione filiorum cõtinentur naturales in ſeruitute concepti. Bartolus.

trum non ſoluendo exiſtentem. Viuianus.

a *Ciuibus*. per hoc videtur ciuitati relinquere: vt infra de rebus dubiis. l. ij.
A
b *Chirographum*. per hoc videtur legare debitum chirographi: vt infra titu. j. qui chirographum.

c *Debeãt*. quod videbatur fauore reipub. quod reuocet.

d *Præſtare*. ſic. ſ. titu. j. l. ſi ſic. §. j. Sed arg. cõtra infra tit. j. l. Paulo Cal. §. fi. Sol. ibi heres exegerat pecuniã à fiſco, & fiſcus à debitore: vnde cũ ad heredem peruenerat pecunia, reſtituit eã de ſuo & facit. j. de vi. tri. & ole. leg. l. cùm certus. & ſ. eo. l. ſeruum filij. §. eum. Item arg. contra. ſ. tit. j. l. quidam. in princ.

*Filiam ex aſſe.*] CASVS. Titius habebat filiam Titiam, & nepotem ex alio filio vel filia, & pronepotem ex dicto nepote. fecit teſtamentũ hic Titius, & inſtituit ſibi heredem filiam ex aſſe, & ſubſtituit ei prędictũ nepotẽ: & ita poſtea dixit. Si neque filia neque nepos prędicti erũt mihi heredes, volo pertinere tũc ad libertos meos portionem meã partis dimidiæ fundi Titiani. habebat enim in eo fundo dictus teſtator fortè dimidiam dimidiæ. his actis dicta filia & nepotes deceſſerũt antè teſtatorem dictũ, & ſic hereditas deuenit ab inteſtato ad dictum pronepotem. nunquid tenebitur præſtare dictis libertis dictũ fideicõmiſſum? & dicitur quòd ſic. Viuia.

† Cõcor. gl. in verbo, actiones. ibi, ſi ceſſio actionis ſit in vltima volũtate, tenet ceſſio. cap. ex parte. extra de alie. iudi. mutã. cauſa fac.

e *Inſtituit*. pater. Acc.

f *Mea*. inſtituta. Acc.

g *Nepos*. ſubſtitut⁹. Ac.

h *Partis dimidiæ*. id eſt quæ eſt dimidia pars. habet ergo communionem cum alio.

i *Fideicommiſſum*. & eſt ratio: quia id videtur dixiſſe. cũ enim ita dixit, ſi neque filia neque nepos &c. nec alios inſtituerat: perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſi decedã inteſtatus. & ſic non eſt cõtra. ſed concordat. C. de fideicõ. l. eam quã. & l. ex teſtamẽto. ſic. ſ. eo. l. cùm pater. §. filius & j. l. proxi. §. fi.

*Quiſquis mihi.*] CASVS. Feci teſtamentum, & inſtitui mihi heredes: & poſtea dixi: quiſquis mihi heres erit, ſciat me debere tria denaria Demetrio patruo meo, & ſciat ſimiliter quod Seleucus patruus meus depoſuit apud me alia tria denaria, quæ etiam protinus reddi & ſolui eis iubeo. in veritate autem nihil debebam alicui de dictis meis patruis. nunquid poterũt petere dicti patrui dicta denaria quaſi ex fideicõmiſſo? & dicitur quòd ſic: non autem poterunt petere quaſi debita eis. Viuianus.

k *Ex debito*. vt & C. de proba. l. rationes. niſi iurauerit: vt infra titu. j. l. cùm quis in codicillis. Item contra. C. de non nume. pec. l. generaliter.

l *Sed ex fideicõmiſſo* vt. j. de don. l. ex hac. & C. de do. l. ſi donatio. Sed contra. ſ. de proba. l. qui teſtamentum. Sol. ibi nõ capax. Item hoc niſi probetur teſtatorem per errorem ſcripſiſſe: vt. j. de au. & argen. leg. l. qui vxori. & C. de fal. cau. adiec. le. l. j. & facit. ſ. tit. j. l. ſi ſic. §. j. & j. de libe. leg. l. legaui. & j. tit. j. l. Lucius. §. j.

*Lucius Titius.*] CASVS. Lucius Titius habebat duos libertos, ſcilicet Damam & Pamphilum, & habebat multos ſeruos quibus omnibus dabat alimenta: & ſecum in domo tenebat eos. Lucius Titius dictos Damam & Pamphilum de domo expulit, quia ipſi offenderunt eum, & deſiit eis duobus alimẽta pręſtare. poſtea ſtetit per bienniũ, & tunc fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredẽ, & quibuſdam ex dictis ſeruis dedit libertatem directã, & quibuſdam fideicõmiſſariam: & poſtea ita dixit in eodem teſtamento: quiſquis mihi heres erit, omnibus libertis meis quos in teſtamẽto hoc manumiſi, & quos antè habui, quoſq; vt manumittantur petij: do alimentorũ nomine. xx. in ſingulos mẽſes. Quæritur, vtrũ illis duobus libertis quibus deſiit pręſtare alimenta, fideicõmiſſum prædictũ debeatur, id eſt Damę & Pãphilo qui eum offenderant: vt dictũ eſt? & reſpon. ꝙ nõ, niſi ipſi duo doceãt manifeſtè quod dictus Lucius Titius patronus cœpit habere de nouo eũ animũ cùm fecit teſtamentũ, vt ipſi fideicõmiſſum haberent. Viuianus.

† Iſta lex videtur eſſe directò contra text. in l. 1. & glo. fin. ſecũdũ Bald. ibi in ver. errore. de fal. cauſa adiecta legato. quod ſolue vt per glo. in. l. cũ quis. §. codicillis. j. de lega. j.

† Quod erat apud vet. ſymbolum dirimendæ amicitiæ. Tacitus lib. j. verũ fingendum eſt hic interueniſſe reconciliationem.

m *Dimiſit*. id eſt licentiauit non alens eos poſtea. Accurſius.

n *Deſiit*. offenſus à ſeruis quõdam, qui modò ſunt liberti.

o *Docerent*. ſequẽtibus eorũ meritis inſpectis: vt quia offenſus fuerat patronus. alioquin ſi nõ fuit offenſus, ſec⁹ puto, cum generalibus verbis includantur, quibus ſtãdum eſt: vt infra titu. j. l. nõ aliter. Azo. & ad hoc j. de ali. & ciba. leg. l. iij. in fi. & l. iiij. & C. famil. erciſc. l. in ipſius.

*Damæ & Pamphilo.*] CASVS. Titia habebat duos ſeruos, ſcilicet Damam & Pãphilum, & dictus Pãphilus habebat vnã filiam quæ vocabatur Pãphila, & ſic erat filia naturalis dicti Pamphili. fecit dicta Titia teſtamentũ, & inſtituit ſibi heredes Seiũ & Sẽpronium, & Damę & Pamphilo dictis dedit libertatem directam: & fundum Cornelianum eiſdem Damæ & Pãphilo legauit, ita vt poſt mortẽ eorum Pãphili & Damæ reſtituerent dictum fundum filiis eorũ Damæ & Pãphili. Item petiit à dictis heredibus dicta teſtatrix vt dictã Pãphilam Pamphili filiam manumitterent. mortua dicta teſtatrice dictus Pãphilus inſtituit ſibi heredem Mæuium, & rogauit eum per fideicõ. vt hereditatem ſuã Pamphili, id eſt fundi
E prædicti partem dimidiam, quã ſolam in bonis patronæ ſuæ prædictæ habebat Pamphilus, reſtitueret Pamphilæ filiæ ſuæ Pãphili, cùm primùm libera fuiſſet dicta Pamphila ſua filia. mortuo Pamphilo prędicto, & manumiſſa dicta Pamphila, volebat Pamphila habere dictum fideicõmiſſum medietatis fundi ex teſtamento ſuperiore patronæ prædicti patris ſui Pãphili: vt ſic Fal. ei non detrahatur, quia patri ſuo nõ fuit detracta, eo quòd dicta Titia teſtatrix erat diues, ita quod non habuit locum lex Falcidia in teſtamento ſuo. Mæuius autem heres dicti Pamphili patris Pamphilæ volebat ei Pamphilæ dare dictum fideicom. ex teſtamento Pamphili pauperis, ita quod habebat locũ lex Fal. Nam vt dictum eſt, nihil habebat in bonis Pamphilus niſi medietatem dicti fundi. quęritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd ex ſuperiore teſtamento patronæ Pamphili habebit Pamphila fideicom. & ſic non detrahetur ei Fal. & eſt ratio ſecundùm Claudium: quia cum dicta teſtatrix reliquit fundum prædictum Damæ & Pamphilo, ita vt poſt mortem eorum Pam-

rum Pamphili & Damæ reſtituerent filiis eorum, bene continetur dicta naturalis filia Pamphili appellatione filiorum. & hoc dicit. Viuianus.

Damæ & Pāphilo, quos teſtamento manumiſerat, [a] fundū [b] dedit, ita vt poſt mortē ſuam [c] filiis ſuis [d] reſtituerēt. eodem teſtamento petiit ab heredibus ſuis vt Pāphilam [e] manumitterēt, quæ Pamphila filia naturalis erat Pāphili. [f] Idem Pamphilus poſt diē legati ſui cedētem, [g] teſtamento heredem inſtituit Mæuium, eiúſque fidei commiſit vt hereditatē ſuā, id eſt fundi ſupra ſcripti partem dimidiā, quam ſolam [h] in bonis ex teſtamēto patronę ſuæ habebat, Pamphilæ filiæ ſuæ cùm primùm libera [i] fuiſſet, reſtitueret. Quæro, Pamphila manumiſſa vtrum ex teſtamento ſuperiore [k] patris ſui patronæ eam partē petere poſſit: an verò ex teſtamēto patris natutalis ex cauſa fideicōmiſſi, habita ratione legis Falcidiæ. [l] Reſpōdi, ex his quæ proponerentur, probari Pamphilam dumtaxat ex teſtamēto ſuperiore fideicōmiſſum petere poſſe. [m] Claudius: quia creditur [n] appellatione [†] filiorum [o] & naturales liberos, id eſt [p] in ſeruitute ſuſceptos, contineri.

Si onus iniūctum legatario eſt inutile mixta conſideratione teſtatoris & fideicommiſſarij, legatum efficitur inutile quo ad donationem, non quo ad retentionem. hoc dicit, & eſt ſingularis lex, ſecundum Bartolum.

Scæuola. [*] codicillis Gaio Seio centum legauit, eiúſque fideicommiſit, vt ancillæ teſtatoris ea daret. Quæro an vtile fideicōmiſſum ſit, quod legatarius ancillæ teſtatoris dare iuſſus eſt. Reſpondi, non eſſe. [q] Item ſi vtile non eſt, an legatarius heredi cuius ancilla eſt, reſtituere compel-B latur. [r] Reſpondi, non compelli: ſed nec ipſum legatarium legatū petere poſſe. [ſ]

Si liberti conſentiunt heredi patroni alienanti rem eis relictā, præſumitur animo donandi, niſi aliud appareat. Bartolus.

Inſulam [t] libertis vtriuſque ſexus legauit, ita vt ex reditu eius maſculi duplum, fœminæ ſimplū percipiant: eámque alienari vetuit. ex conſenſu omnium ab herede venundata eſt. [u] Quæro an C & ex pretio inſulæ duplum mares, ſimplum caperent fœminæ. Reſpondi, ob pretium nullam fideicommiſſi perſecutionem eſſe, niſi ea mente [x] venditioni cōſenſerunt, vt ſimiliter ex pretio mares quidem duplum, fœminæ autem ſimplum conſequantur. [y]

Prohibitus vendere vel obligare, non videtur prohibitus locare. hoc dicit. Vel ſic: Qui obligat nomen conductoris domus alienari prohibitæ, non videtur D alienare domum vel obligare. Bartolus.

a *Manumiſerat*. ſcilicet teſtatrix directo.

b *Fundum dedit*. id eſt legauit purè.

c *Suā*. Damæ & Pāphili: vel ſuam. ſ. teſtatricis.

d *Filiis ſuis*. id eſt Damę & Pāphili. & ex hoc oritur dubitatio: qa dicit, filiis, in plurali: & nō fuit niſi vna ex Pāphilo. Item & quia nō fuit legitima, ſed naturalis tantū. ſed primū nō nocet: vt. j. de condi. & demon. l. pater Seuerinā. §. ita. nec ſecundum nocet, vt in ſi. huius. l.

e *Pamphilā*. per fideicō.

f *Pamphili*. prædicti.

g *Cedentem*. quod eſt poſt aditam hereditatē: vt. C. de cadu. tollē. §. in nouiſſimo. ſed certè imò quia purū erat, nō ſolū ceſſit, ſed etiā venit dies eius: vt. j. de verbo. ſigni. l. cedere diem. ſed dic, & venientem. ſecus ſi ex die: vt. j. ad leg. Falcid. cùm quo. §. is qui. & ſ. vſufructua. quemadmo. ca. l. ſi vſusfructus nomine. §. planè.

h *Quam ſolā*. nā aliā dimidiā habebat Dama.

i *Cum primum libera*. Pāphilus enim directā, ei⁹ filia fideicommiſſariam meruit libertatē: vnde tardius ad libertatem peruenit. Azo.

† Concor. c. liberi. ibi, nā & filij ex libero & ancilla, ſeruilis ſunt cōditionis. naturales autē filij dicuntur ingenuarū cōcubinarū filij, quos ſola natura genuit. Eſt gl. in verbo, liberi. 32. q. 4.

k *Superiore*. cōſtrue, patronæ patris ſui.

l *Legis Falcidiæ*. quę ceſſat ſi ex primo accipiat vt æs alienum: vt. C. de bo. aucto. iu. poſſi. l. j. & ad hæc quę ſequuntur, facit. ſ. eo. l. ſtatuliberū. in princ. & ſ. titu. j. l. ſi fundum ſub conditione. §. ſi pater. & l. huiuſmodi. §. j.

m *Petere poſſe*. huic ſubiicit rationem. Azo.

n *Creditur*. à ſapientibus propter ſimilitudinem talium perſonarum. & ad idem. ſ. de iure delibe. l. fi.

o *Filiorū*. cauit enī teſtator vt poſt mortē reſtituat filiis ſuis. Azo.

p *Id eſt in ſeruitute*. ideò gloſſauit ſic Claudius quia ſecus eſt in iis qui ſunt ex concubina: niſi in caſibus: vt. ſ. ad Trebel. l. ex facto. §. ſi quis. quilibet tamen naturalis grauatus, ſi decedat, vt reſtituat, ita demum ſi naturales & legitimos non habet, reſtituit: vt. C. de inſtit. & ſub. l. generaliter. §. fi. & facit. ſ. eo. l. cum pater. §. volo. & j. ad Trebel. l. ex facto. §. ſi quis. & l. heredibus. §. j.

*Scæuola*.] CASVS. In teſtamento meo inſtitui mihi heredē Seiū, & poſtea feci codicillos in quibus legaui Gaio Seio. c. & rogaui dictum Gaium Seium per fideicōmiſſum vt Sēproniæ ancillæ meæ reſtitueret dicta. c. nunquid valet ſecundum fideicōmiſſum? & dicitur quòd non, & ita Gaius Seius non tenetur dare ancillæ meæ dicta. c. ſed nunquid tenetur ea dare heredi meo? & dicitur ꝙ nō. ſed ſi Seius meus heres prædictus nondum ſoluerat dicta. c. dicto Gaio Seio, nunquid ea poterit ab eo petere Gaius Seius? & dicitur quòd non. Viuianus.

q *Non eſſe*. ſic. ſ. eo. l. ſeruus. Accurſius.

r *Cōpellatur*. iā ei ſolutū. & ſic nota potiorē cōditionē poſſidētis.

ſ *Petere poſſe*. hanc regulam ſerua, ꝙ potior ſit heredis vel legatarij poſſidētis cōditio vbicunq; fideicō. eſt ab initio nullū, mixta cōſideratione teſtantis, & eius cui dandū eſt, habita. Idē ſi & legatū ſit nullū propter rē quæ legatur. nam & ibi neutrū tenet. idē dico & ſi qualitercunq; deficiat à principio fideicō. & ita expone quod eſt ſ. eo. l. ſi quis quos. & j. de cōdi. & demon. l. ſi quis eū. ſ. vt non te-

A neat legatū, vt poſſit peti: tenet tamen vt habeat exceptionem, niſi eligatur vt miniſter. ſi verò ſolummodò fideicom. deficiat ex poſtfacto, ſecus eſt: quia valet legatum: vt. ſ. eo. l. ſi quis Titio. & ibi no. & j. tit. j. l. pater. §. Tuſculanus. & ſ. tit. j. l. ſi fundum per fideicōm. §. Iulianus. quæ ſunt cōtra. niſi eligatur vt miniſter: vt dictum eſt. ſi autē ſolum legatū ſit nullū aut à principio, vt pro nō ſcripto: & tunc nec fideicōmiſſum tenet. ſi autē ex poſt facto & ſic in cauſa caduci, & tunc ſic: vt. C. de cadu. tollē. §. in primo. & §. ꝓ ſecūdo. Ex prædictis nota ꝙ aut vtrunq; nullū propter rē vel aliā cauſam: aut alterū: & tūc ſi fideicō. ſolū: refert vel ab initio, vel ex poſtfacto. idē ſi legatū ſolum. nā & ibi diſtinguitur, à principio, vel ex poſtfacto. Itē ex prædictis patet nō eſſe contra. C. de cadu. tollen. §. in primo. vbi legatū inutile nō remanet apud legatariū: hîc ſic: quia hîc eſt inutile fideicō. nō propter ſe: ibi propter ſeipſum. Itē ex prædictis videtur ꝙ malè ſcripſit H. reſpō. ſic, ſi tibi legetur vt tertio reſtituas, vt valeat vel deficiat fideicō. illi⁹ tātùm inſpicitur pſona cui fideicō. relinquitur: vt. ſ. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. meminiſſe. ibi, eo autē ſolo &c. & ſ. ſi quis ali. teſt. pro. l. j. §. j. & de exeu. tu. l. legatarius. & j. de leg. præ. bono. poſſeſ. contra tabu. petita. l. iij. & j. de bono liber. l. in ſeruitute? Reſpon. quinimò & hîc legatarij tantùm inſpicitur perſona quo ad aliquid, ſcilicet vt habeat retentionem, vt hîc dicit.

* Quidā nōtarunt hoc verbum extare Flo. ſed incluſum notis expūctionis his, certè in omnib. ferè manuſcr. deeſt: in vno tamen manuſcri. & vulg. impreſſis eſt lex, Scæuola. 91.

*Inſulam*.] CASVS. Titius habebat vnā inſulam fortè in quodā flumine ex qua magnum reditum conſequebatur. habebat enim fortè ibi cuniculos, vt habēt Peruſini in lacu eorum. Item habebat duos libertos & duas libertas. hîc Titius fecit teſtamentum, & inſtituto ſibi herede, dictis libertis vtriuſq; ſexus dictam inſulā legauit ita vt ex reditibus eius inſulę maſculi liberti duplum percipiāt, & fœminæ ſimplum. Item vetuit dictā inſulā alienari. Mortuo dicto Titio teſtatore, heres eius vendidit dictam inſulam Seio pro. c. pone, & voluntate omnium prædictorū libertorū. volebant nūc liberti maſculi habere duplum pretij dictæ inſulæ, & fœminæ volebant ſimplum, ſicut habere debebant, de reditibus inſulæ. Quæritur, vtrum hoc conſequi poſſint? & dicitur ꝙ non, niſi hoc pacto E venditioni conſenſerint. Viuianus.

t *Inſulam*. quo ad proprietatem. & j. vetat alienari: ſed reditus ei⁹ poſſet legari: vt. j. de adimen. leg. l. liberto. j. reſpon.

u *Venundata eſt*. quod eſſe poteſt: vt. C. de fideicomm. l. quoties. & ſ. tit. j. l. nihil. §. j. Accurſius.

x *Ea mente*. id eſt eo pacto. eorum enim mens tantummodo non ſufficeret: vt arg. ſ. de condic. indeb. l. quod quis. Accurſius.

y *Conſequantur*. tunc ergo vt aliqua ſit exceptio, perſecutio erit fideicommiſſi ad pretium. Sed hoc quo modo, cum nō ſit legatum, ſed inſula: vt. d. l. liberto. quæ in hoc eſt cōtra? Reſpon. ſub. hîc nullam fideicom. perſecutionem vel ex alia cauſa niſi &c. & ſecundū hoc agetur ex pacto, vel mandato, vel ex ſtipulatione. Ioan. Vel dic ſecundùm Azo. agi actione ex teſtamento ad precium, cùm loco rei ſuccedat: vt. ſ. tit. j. l. imperator. §. fi. & ſecundum hoc intellige. ſ. tit. j. l. ſi fundum per fideicom. in prin. quæ eſt contra. & in. d. l. liberto. non conſenſit legatarius venditioni.

*Inſtituto.*] CASVS. Titius habens filios, & ex eo nepotes emancipatos, inſtituit eos omnes ſibi heredes: & ita dixit poſtea in teſtamento: Volo quod heredes mei non vendant domos meas, neque obligent alicui pro denariis ad vſuram: ſed volo manere dictas domos firmas & ſimplices meis filiis & nepotibus per vniuerſum tempus. & ſi aliquis dictorum heredum meorum voluerit vendere partem ſuam, vel obligare ad vſuras, faciat hoc cum vno de coheredibus ſuis. & ſi cum alio faceret, volo quòd ſit inutile. Mortuo teſtatore filius prædictus accepit mutuam pecuniam ſub vſuris à quadam vſuraria quæ vocabatur Flauia Dionyſia: & obligauit per fidem ei partem ſuã dictarum domorum datarũ ad penſionem. nũquid dicti filij obligantis poterũt ex mẽte teſtatoris & ex fideicommiſſo petere dictã partẽ quaſi nunc obligatã cõtra teſtatoris præceptum? Et dicitur ꝙ nõ: quia non obligauit filius teſtatoris partẽ ſuã domus, imò penſionẽ. Viuianus.

† Alci.lib.2. Diſp. c.1. locum hũc ex Pandectis Florentinis repoſuit, ſimul & vertit. tu illum videto. Grego. Haloander verò ſic trãſtulit: Nõ volo autem vt à meis heredib⁹ ædes meæ veneãt, illarúmve nomine pecunia mutua accipiatur: ſed vt apud eos, ſiue filij ſiue nepotes ſint in omne æuum inuiolabiliter permaneant. Si quis verò eorum partem ſuã vel vendere, vel in cauſam mutui obligare voluerit: ſaltẽ coheredi ſuo eius vendẽdi vel obligandi poteſtatem habeto. Quod ſi aduerſus ea quis fecerit, quicquid eius rei geſtũ eſſe dicetur, id infirmũ atque irritũ eſto.

a *Ex eo.* filio.

b *Emancipatis.* inſtitutis, repete.

c *Fœnerari.* id eſt obligari fœneratitio creditori: ſed necnon fœneratitio: quia per hoc veniretur ad alienandum. Item ſtatim ſimplices dicit.

d *Firmas.* id eſt non alienatas.

e *Simplices.* id eſt non obligatas.

f *Filiis ſuis.* ſcilicet defuncti nepotibus. nam vetãdo alienari vel obligari videtur per fideicõmiſſum viciſſim relinquere: vt. ſ. eod. titu. l. cũ pater. §. libertis.

g *Non extitiſſe.* non ob. C. de rebus alie. nõ alie. l. fin. quia penſionẽ vel ius penſionis obligauit hîc, ibi vero rem. Et eſt arg. hîc ꝙ ſi quis alienare prohibitus locet in centum annos, vel mille, quòd non alienet. ſic. ſ. locati. l. non ſolet.

*Matre & vxore.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes matrẽ ſuã & vxorem: & ita dixit vxori in teſtamento, Peto à te ne quid poſt mortem tuam fratribus tuis relinquas. habes filias ſororũ tuarum, quibus relinquas. nam ſcis vnum fratrẽ tuum filium noſtrum occidiſſe dũ ei filio rapinã faceret: & alius mihi deteriora fecit. Mortuo dicto Titio teſtatore vxor ſua prædicta deceſſit poſtea ab inteſtato, & ſic legitima eius hereditas. ſ. vxoris pertinuit ad fratrem prædictũ. de quo taliter vt dictum eſt, locutus fuit teſtator, & etiã ad alios fratres dictæ vxoris. veniũt filiæ ſororũ dictæ vxoris, & petunt à dicto fratre vxoris partem ipſius fratris quam habet in hereditate dictæ vxoris tanquã ex fideicõmiſſo eis relicto per dictum teſtatorem. dixit enim Vxori: Habes filias ſororũ tuarum, quibus relinquas &c. Quæritur, vtrum poſſint? Et dicitur ꝙ ſic. Viuian.

h *Quibus relinquas.* Hic poteſt ſubaudiri, præcipio: &, ſi vis. ſed Scæuola, præcipio, ſubaudit, ne res pereat. ſic. ſ. eo. l. Titia. §. Lucius. tum amore filiorum prædictorum: tum odio fratrum. & ſic non eſt cõtra. ſ. eo. l. cùm pater. §. mando. vbi eſt conſilium.

Inſtituto filio herede, & ex eo a nepotibus emancipatis, b teſtator ita cauit: † Βούλομαι δὲ τὰς ἐμὰς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ δανείζεσθαι κατ᾽ αὐτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτὰς ἀκεραίας αὐτοῖς καὶ υἱοῖς καὶ ἐκγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. ἐὰν δέ τις βουληθῇ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ, ἢ δανείσασθαι κατ᾽ αὐτοῦ· ἐξουσίαν ἐχέτω πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείζεσθαι παρ᾽ αὐτοῦ. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, ἔσται τὸ χρηματιζόμενον ἄχρηστον καὶ ἄκυρον. [id eſt. Volo meas ædes non vẽdi ab heredibus meis, neque fœnerari c ſuper eas, ſed manere eas firmas d ſimplices e meis filiis & nepotibus per vniuerſum tẽpus. ſi autem aliquis eorum voluerit vendere partem ſuam, vel fœnerari ſuper eam, poteſtatem habeat vendere coheredi ſuo, & fœnerari ab eo. ſi autem aliquis præter hæc fecerit, erit quod obligatur, inutile atque irritum.] Quæritur, cum filius defuncti mutuam pecuniam à Flauia Dionyſia acceperit, & locatis ædibus pro parte ſua penſiones ſibi debitas creditrici delegauerit: an conditio teſtamenti extitiſſe videatur, vt filiis ſuis f fideicomiſſi nomine teneatur. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, non extitiſſe. g

Prohibitus alienare in perſonas certas, prohibetur in eas ab inteſtato legitimo iure transferre. Bartolus.

Matre & vxore heredibus inſtitutis, ita cauit: *A te vxor chariſſima peto, ne quid poſt mortem tuã fratribus tuis relinquas. habes filios ſororum tuarum, quibus relinquas.* h *ſcis vnum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe* i *dum ei rapinam* * *facit: ſed & alius mihi deteriora fecit.* Quæro, cùm vxor inteſtata deceſſit, & legitima eius hereditas ad fratrem pertineat: an ſororis filij fideicommiſſum ab eo petere poſſunt. Reſpondi, poſſe defendi fideicommiſſum deberi.

* Rap. fa. id eſt rapos ſeuit, vel locũ illis ſerẽdis parauit. Colu. lib. 2. ca. 1. Cato ca. 31. de re ruſt. Puluæus in libel. de rerum alienatione.

Hæc verba, quòd valeat omni modo quo melius de iure poteſt, intelliguntur etiam ab inteſtato. Bartolus.

*Lucius Titius hoc meum teſtamẽtum ſcripſi ſine vllo iuriſperito, rationem animi mei potius ſecutus, quàm nimiam & miſeram diligentiam.* k *& ſi minus aliquid legitimè minúsve peritè fecero, pro iure legitimo haberi* l *debet hominis ſani voluntas.* deinde heredes inſtituit. Quæſitum eſt, inteſtati eius bonorum poſſeſſione petita, an portiones adſcriptæ ex cauſa fideicommiſſi peti poſſunt. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe.

Voluntas teſtatoris tacita à cõtrario ſenſu ſumpta, per tacitam voluntatem reuocatur. Barto.

LXXXIX. IDEM *libro quarto Reſponſorum.*

TEſtamento * filium & vxorem ſuam heredes inſtituit: poſtea epiſtolam ſcripſiſſe dicitur, † qua & quidquid in peculio habuit filius, ei donauit, & adiecit, præcipua hæc eum, ſuíque iuris, & poſt mortem ſuam habere velle. Quæro, cùm teſtamento ſignificauerit, ſi quid obſignatum m recepiſſet, n id

* In vulg. edit. eſt lex, Teſtator.

† Concor. c. omnis res. in glo. ſuper verb. omnis res. ibi, qđ enim cõſenſu contrahitur, contraria voluntate diſſoluitur. extra de re. iur.

i *Occidiſſe.* hoc odium etiam antè legatũ reuocat: vt infra de adi. leg. l. iij. in fi.

*Lucius Titius.*] CASVS. Lucius Titius fecit teſtamentum non ſolenne, nec ſicut debet fieri ad hoc vt valeat: & antequam in eo heredem ſcriberet, ita dixit: Hoc teſtamentum ſcripſi ſine vllo iuriſperito, rationem animi mei potius ſecut⁹ quàm nimiam & miſeram diligentiam. & ſi minus in eo aliquid legitimè * feci, pro iure tamen legitimo haberi debet hominis ſani volũtas. Poſtea inſtituit ſibi heredem. Quia ergo non valuit dictum teſtamẽtũ, ab inteſtato venientes acceperunt bonorũ poſſeſſionẽ ab inteſtato: & fortè erãt illi iidẽ qui erant ab eo ſcripti heredes. & ita tantũ habet vnus quãtum alter ab inteſtato. ex teſtamẽto autem habebat vnus plus, & alter minus. modo vult ille vel illi qui habebant plus ex teſtamẽto prædicto, habere illud plus ab inteſtato per fideicõmiſſum: q̃a dixit teſtator in teſtamẽto licèt nõ ſolẽni, ꝑ iure legitimo &c. quæritur, vtrum poſſit? Et dicitur quòd ſic.

k *Diligentiam.* id eſt ſolennitatem. & audi ſtultum teſtatorem, nõ tamen ei prodeſt ſtultitia vt valeat iure directo. & eſt cõtra. ſ. tit. j. l. nemo. Solu. ibi.

l *Haberi debet.* in plurali. aliàs imperſonaliter loquitur de ſeipſo. & dic ſani mẽte, licèt non corpore: vt. C. qui teſta. facere poſſ. l. ſeniũ. & eſt tale ac ſi diceret: ſi non valet iure teſtamẽti, valeat iure codicillorũ. & ſic nõ ob. C. de fideicõ. l. eã. & l. ex teſtamento. quæ ſunt cõtra. & facit. ſ. e. l. proxi. in. §. filia. & l. cũ pater. §. filius. & l. ſi quis ex teſtamẽto. & . j. ad Trebel. l. Scæuola.

TEſtator.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem filium ſuum & vxorem, & ita dixit in teſtamento, quod ſi quid obſignatum reperiſſet à patre dictus filius, id valeret iure codicillorum. poſtea ſcripſit epiſtolam dicto filio abſenti, in qua donauit eidem filio quicquid in peculio habuit filius idem: & ibi erat in eadem epiſtola quòd volebat dictum filium habere præcipua omnia prædicta quæ habebat in peculio. quæ quidem epiſtola non fuit ſignata. quæritur, nunquid ea quæ in epiſtola continentur, ad filium pertineant? Et videtur quòd non: quia eo tempore quo dixit in teſtamento, ſi quid obſignatum &c. non erat facta epiſtola: & ſi facta fuiſſet, non erat ſignata. Et tamen dicitur ꝙ pertinent, dum tamen filius poſſit probare dictam epiſtolam factam eſſe per patrem ſuum & relictam. hoc dicit vſque ad. §. qui indiuiſam. Viuianus.

m *Obſignatum.* i. ſigillatum. ſic. C. quemadmo. teſta. ape. l. j. Azo.

n *Recepiſſet.* aliàs reperiſti, ſcilicet tu filius in hoc teſtamento ſignato. quaſi diceret, quod hoc teſtamento tibi reliqui, volo valere etiam iure codicillorum. quæ ſcriptura non porrigitur ad epiſtolã quæ tunc facta nõ erat, propter verbum præteriti temporis, reperiſti. aliàs recepiſſet. ſ. filius ex dicto teſtamento ſignato. Vel dic ſecundùm

cundùm hanc literam loqui etiam de futuro. quaſi diceret,ſi quid tibi legauero in ſcriptura obſignata, valeat iure codicillorũ. nam A per hoc vetuit valere non ſignatum. & ſecundũ hoc nõ eſt contra j.tit.j.l.ſi quis.in prin.imò & ſi hoc expreſsè dixiſſet,pœnitere poſſet: vt.s.tit.j.l. diuus.§.licèt.&.s.eo.l.cũ pater.§.fi. Accurſius.

*Qui indiuiſam.*] CASVS. Titius habebat hereditatem ſuam indiuiſam cũ Lucretio Pacato fratre ſuo. hic Titius in teſtamento ſuo inſtituit ſibi heredes filias ſuas proprias, & in eodem teſtaméto ita poſtea dixit,ô filiæ meæ fidei veſtræ cõmitto vt pro portione veſtra illarũ rerũ quas habeo cõmunes cum dicto fratre meo: quas vniuerſas. ſ. partẽ meã & fratris mei conſtiterit eſſe æſtimationis duorũ milium aureorũ, accipiatis ab eo mille aureos. facto hoc teſtamento vixit idẽ Titius per. v. annos, & multa fuit lucratus in illis. v. annis vltra quàm haberet tẽpore quo fecit teſtamentũ, & ſic maior hereditas remãſit filiabus ſuis quàm remãſiſſet ſi deceſſiſſet teſtator tẽpore teſtamenti. poſtea deceſſit dictus frater teſtatoris. ſ. Lucretius Pacatus:& habuit heredes Titiũ & Mæuiũ pone. veniunt heredes Lucretij Pacati,& offerunt filiabus teſtatoris Titij mille aureos, & volunt quod ipſæ dent eis vniuerſa quæ habuit Titius tẽpore mortis. filiæ autẽ volunt eis dare illud tantùm quod Titius habebat tẽpore teſtamenti. quęritur,quid iuris ſit? Et videtur quod dictum heredũ Lucretij Pacati præualeat propter verba quæ ſunt in hoc.§. ibi, propter res vniuerſas &c.vſque illuc,huic teſtamento quinquennio &c.& tamen iudicatur hîc quòd dictum filiarũ præualeat. Viuianus.

* valere.

* duo, indeclinabiliter ſicut apud Græcos δύο nõnunquã. duo ꝓ duorum dualis datiuus Græcus.

vice codicillorum valeret *: epiſtola autem non ſit obſignata: an quæ epiſtola cõtinentur, ad filiũ pertineant. Reſpõdi, ſi fides epiſtolę relictę conſtaret, deberiquę in eam dare ſe velle ſignificauit.

**Verba generalia debẽt ad tempus teſtamenti referri. Bartolus.**

Qui indiuiſam [a] cum fratre ſuo rem habebat, filias ſuas heredes inſtituit, & ita cauit: *Propter res vniuerſas quæ mihi cum illo fratre meo patruo veſtro communes* [b] *ſunt, quas æſtimationis conſtiterit eſſe vniuerſas* [c] *duo * milium aureorum, fidei veſtræ committo, vti proportione veſtra mille aureos à Lucretio Pacato patruo veſtro accipiatis.* huic teſtamento quinquennio ſuperuixit, & abundè patrimonium [d] reliquit. Quæſitum eſt, an heredes Lucretij [e] Pacati ſecundùm verba ſupraſcripta offerẽtes mille aureos, fideicommiſſum conſequantur. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, nõ facere [f] voluntatẽ, vt vniuerſa [g] datis millenis aureis reſtituerẽtur: ſed æſtimationis quæ mortis tempore in rebus fuerat, oblationem [h] debere fieri,

**Conditio appoſita in perſonã vnius, in perſona alterius ſibi cõiuncti nõ videtur repetita. Bar.**

a *Qui indiuiſam rem.* i. res plures: vt ſubiicit. j. vel.i. hereditatem.

b *Communes ſunt.* ex hoc verbo ſunt, quod eſt præſentis temporis, patet quod hîc voluntas non porrigitur ad ea quæ poſtea cœperunt eſſe cõmunia: vt in fi. huius.§. dicitur.& arg.s.ea.l. in prin.& j.de aur.& arg.leg.l. ſi ita.& ita ſpectatur tẽpus teſtamenti. at verbum conſtiterit, quod ſtatim ſequitur, quò ad æſtimationem rerũ eſt futuri tẽporis, & ſic ad tempus mortis refertur prout tunc valent res quondam communes tempore teſtamenti.

c *Vniuerſas.* q. d. eas æſtimo, quia poterant valere tẽpore mortis tantùm: & non plus. ſubaudi ergo, dumtaxat. iuſto enim pretio volebat dari res tales patruo: vt hæc verba denotant, quas æſtimationis &c. Vnde quidã non concedunt hanc propoſitionem: tu habes vnũ oculum. quia ſubaudiunt, tantùm. ſed tamẽ licèt iuſto pretio debuit dari, valet legatũ propter vicinitatem: vt.s.eo.l.ſi cui. ſic ergo ſi plures res incipiunt eſſe, non debebitur augmentũ: niſi augmenti præſtetur pretium.

d *Patrimonium.* ſcilicet auctũ. Itẽ videtur contra. j. tit.j.l.xj.§.iij.

e *Lucretij.* mortui poſt mortem fratris. aliàs eſſet pro non ſcripto, vel caducum, vel in cauſa caduci, ſecundùm R.

f *Non facere.* id eſt non operari.

g *Vt vniuerſa.* quia nunq̃ cœperũt poſt teſtamentũ eſſe cõmunia.

g *Vniuerſa.* quæſita poſt teſtamentũ, vel quæ ſunt vltra quantitatem duum milium aureorum. Azo. ſiue ex tranſcurſu tẽporis, ſiue ex augmento patrimonij.

h *Oblationem.* aliàs obligationem. aliàs oblationem. Sed quid ſi ſtatim deceſſiſſet? nunquid ſtabitur illi æſtimationi? Videtur arg. quòd non, niſi iuraſſet: vt.s.titu.j.l. ſi fundum ſub conditione.§. ſi

ff. Infort.

libertus.&.C.com. vtriuſque iudi.l. ſcriptura. & in authen. de iu- A reiur.§.j. ſed in caſu huius.§. videtur ſecus.

*Seio quem.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & ſubſtitui ei Seium, & poſtea ita dixi: Si Seius prędictus non erit mihi heres ex ſubſtitutione, lego ei & vxori ſuæ Marcellæ quindecim libras argenti. poſtea Titius voluit habere hereditatem, & ita Seius mihi ſucceſſit ex ſubſtitutione: & ità quantum ad eum defecit cõditio legati prædicti. nunquid ergo deficiet dictum legatum quantũ ad Marcellã? Et dicitur quòd non, imò habebit dimidiam iure legati: ſubaudi, & aliam dimidiã iure accreſcendi, & ſic totum. Viuianus.

i *Marcellæ.* putabatur conditio adiecta legato mariti eſſe repetita in legato vxoris, ſed contra eſt, vt ſubiicit: quia ſic redderetur legatũ inutile, vt ſupra tit.j.l.ſeruo alieno.§. ſi ab impubere. Sed contra infra de condit, & demõ.l. mulieri. vbi appoſita mulieri, repetita intelligitur in Titio, & tamen per hoc ſit legatũ Titij inutile. Solu. ibi teſtator voluit repetere, vt ibi in textu patet, & ſic nõ tacitè, ſed expreſsè. vel hic & ibi trahitur conditio ad vnã perſonam, ad aliam non. Sed an pars collegatarij ei accreſcit? Reſpon. ſic, vt ſupra tit. j.l. planè.j.§. ſi duob⁹.x. &.l.legatũ.§.heredi. quę ſunt contra. habet ergo dimidiam, ſcilicet iure ſuo, vt hîc: & aliam iure collegatarij. & de hoc D dic vt not. ſupra eod.l.ſi Titio. & facit infra de condit. & demonſtra.l. Iulius Paulus.

† Repetitur ad verbũ in le.78. j. ad Treb.

Seio quem heredi ſubſtituerat, ita legauit: *Seio, ſi mihi heres non erit, & vxori eius Marcellæ argenti libras quindecim dari volo.* quæro, cùm Sei⁹ heres extiterit, an Marcellæ [i] legati dimidia portio debeatur. Reſpondi, ſecundùm ea quæ proponerentur, deberi.

**Valet fideicommiſſum iniun- B ctum de bonis communicandis. Bartolus.**

Lucius † Titius inteſtatò moriturus, cùm haberet vxorẽ, & ex ea filiam emancipatam, [k] codicillis hæc verba inſeruit: *Pertinent* [l] *autẽ hi codicilli ad vxorem & filiam. Primùm autẽ rogo, ſic inter vos agatis, vt me viuo egiſtis. Itaque rogo, vt quidquid aut ego reliquero, aut quod vos ipſæ habetis, cõmune vobis ſit.* filia inteſtati patris bonorum poſſeſſionẽ accepit. quæri- C tur, an aliqua pars hereditatis Lucij Titij ex cauſa fideicommiſſi à filia matri deberetur, & quota. Reſpondi, ſecũdùm ea quæ proponerentur, dimidiam [m] partem deberi, ſi modò vxor parata ſit in cõmune bona ſua conferre.

**Qui ratione cõiunctionis non admittitur vt ipſe: admitti tanquã alius prohibetur. Bartolus.**

Quatuor filios æquis partibus inſtituit, & fundum [n] per

*Lucius Titius.*] CASVS. Lucius Titius ab inteſtato moriens fecit codicillos: & cũ filiam haberet emancipatam, & vxorem, ita fuit locutus eis in dictis codicillis: Iſti mei codicilli pertinent ad te filiã & vxorem meam matrem tuã: & in primis rogo vos vt ſic inter vos agatis, vt me viuo egiſtis. Item rogo vt quicquid aut ego relinquo, aut quod vos ipſæ habetis, ſit vobis cõmune. Mortuo dicto Lucio Titio dicta filia accepit bo. poſ. ab inteſtato, & ita habuit omnia bona patris. vxor prædicta Lucij Titij petit nunc à filia propter fideicom. dimidiam bonorũ mariti ſui, & ſua vxoris bona vult in cõmune conferre ſicut dixit maritus in codicillis. nũquid debet audiri? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

k *Emancipatam.* idem ſi eſſet in poteſtate.

l *Pertinent.* hæc ſunt verba teſtatoris, vel iuriſconſulti.

m *Dimidiam.* Not. ſic, s. de here.inſtit.l.quoties.§.ſi heredes.& pro E ſoc.l.ſi non fuerit. in prin. & eſt ſic. j. ad Trebel.l. Lucius.

*Quatuor.*] CASVS. Inſtitui mihi æqualiter heredes quatuor meos filios, & cuilibet eorũ prælegaui vnum fundũ, & deceſſi: nũc inueniunt dicti mei filij quod ego pro.c. mutuo acceptis à Titio, obligauerã ei omnia bona mea: vnde ipſi non habẽtes pecuniã, acceperunt mutuo dictã pecuniam à Sẽpronio, & obligauerunt ei omnia bona dicta, & ſoluerunt eam Titio qui erat primus creditor. procedente tẽpore cũ non reſtituerent pecuniã Sẽpronio, ipſe Sẽpronius vendidit vni ex dictis meis filiis. nã licebat per pactũ factũ in obligatione ei vendere. ſ. Sẽpronio ſecũdo creditori. veniũt modo alij tres, & petit quilibet à fratre qui emit, prædiũ ſibi prælegatum. quæritur, vtrũ poſſint? & dicitur quòd ſic: non tamen tenetur frater eis dare: niſi quilibet eorũ ſoluat ei partem ſibi contingentem de debito quod acceperunt à Sempronio. Viuianus.

n *Fundum.* vel ſingulis ſingulos fundos, vel vnum inter omnes

præceptionem ſingulis legauit. filij, cum vniuerſa bona patris obligata eſſent, mutua accepta pecunia hereditario creditori ſoluerunt, & poſteriori obligauerunt. qui cùm ei debitum non ſolueretur, prædia vniuerſa legē pignoris vni ex heredibus vendidit. Quæritur an cùm iſte filius ex cauſa emptionis ea poſſideat, fratribus & coheredibus fideicõmiſſi petitio eſſet: an verò ea perempta eſſet, cùm cõmuniter vniuerſa ſequenti creditori obligauerint. Reſpondi, actionem quidem fideicommiſſi in perſonam competentem [a] omnibus inuicē manere. non autem fideicõmiſſum reſtituendũ eſt, * niſi prius [b] debitum ab eis emptori eidemq; coheredi perſolueretur.

* eſſe.

## Filia poteſt grauari in dotem, quatenus dos eſt vltra legitimã. Bartolus.

Filiæ fidei cõmiſit in hæc verba: *Peto à te filia mea, vt dotalem cautionem poſt mortem meam mutes, & ita renoues, vt fratres tui dotem ſtipularētur hoc caſu, vt ſi ſine liberis vno pluribúſve in matrimonio morieris, dos ad eos perueniat.* poſt mortem patris deceſſit maritus antequam renouaretur cautio dotalis, & poſtea alij nupta deceſſit, nullo liberorum relicto, viuo adhuc Titio vno ex fratribus. quæſitum eſt an Titius petitionem haberet rerũ quæ in dotem fuerant. Reſpondi, poſſe fideicommiſſum ab heredibus ſororis peti, ſi per eam ſtetit [c] quo minus dotem frater ſtipularetur.

## Pluribus poſt eorum mortem ſimul rogatis, vno mortuo aliis ſuperſtitibus ſtatim competit fideicommiſſi petitio. Bartolus.

Filium & filiam heredes inſtituit, [d] & libertis legata dedit: eorúmq; fidei commiſit in hæc verba: *A vobis peto, vt quidquid vobis legaui, contenti ſitis viuentes, vt poſt* B *vos filiis meis reſtituatis.* defuncta teſtatricis filia Mæuia, libertus deceſſit herede inſtituto † patronæ filio ex parte debita, [e] ex altera [f] extraneo. Quæſitum eſt, an adita hereditate [g] patronæ filius à coherede ſuo partem eorum quæ ex teſtamento matris ad Mæuium libertum peruenerant, petere poteſt. Reſpondi, eius quod ei [h] deberetur [i] ſi hereditatem non adiſſet, partem [k] à coherede petere poſſe.

† In arch. erat inſtitutę. vt teſtatur Taurell. In adnot.

C

## Iuſta heredis ignorantia alienationem rei per fideicõmiſ. relictæ quæ ſubiacet reſtitutioni, confirmat. Bartolus.

Maritus vxorem ex aſſe heredem inſtituit, cuius poſt mortem codicillos aperiri teſtator pręcepit. prædium hereditarium vxor infructuoſum rationi ſuæ exiſtimans, vendidit. emptor quærit, an retractari hæc venditio poſſit poſt mortē mulieris ab his quibus codicillis per fideicõmiſſum hereditas data deprehēderetur: D an verò ſolùm quãtitas pretij ab herede vxoris fideicommiſſariis debeatur. Reſpondi, propter iuſtam ignorantiam [l] † tam mulieris quàm emptoris, heredem mulieris, vt fundus apud emptorem remaneat, fideicommiſſario pretium dare debere.

† Concor. c. in lectū mariti. & glo. in verbo in lectum. ibi, nã ſi locaui militi tãquam pagano ignorãs, poſſum mercedem exigere. Nõ enim diſciplinam contēnit qui militē ignorauit. 34. q. 2.

tamen valet legatum: & ſi repudiet hereditatem, habebit: vt. ſ. tit. j. l. qui filiabus. §. fi. & l. & quidam.

a *Competētem.* ſed quæ eſt hæc actio? Reſpõ. famil. erciſcun. vt ſupra fami. erciſcun. l. ſi ita legatum. & C. fami. erciſ. l. ſi qua. & datur vt percipiat partem coheredis in qua ſola conſiſtit perceptio, id eſt legatũ. aliã enim partem debet habere vt heres, ſed vt liberatã tradat: vt ſupra famil. erciſ. l. rem. Azo. Itē no. propter vinculum fraternitatis & cõmunionis nõ debere vnũ emere, ſed luere, ſicut fideiuſſor: vt ſupra manda. l. ſi mãdato. §. Paulus. & C. de dolo. l. j. & ſic eſt argu. de tanquam: vt not. ſupra de adop. l. ſi pater. §. qui duos. Item non obſt. ſupra famil. erciſcun. l. heredes. §. quod ꝑ emptore, & cõmuni diuidun. qui coheredes. vt ibi no. Item arg. contra. ſ. titu. j. l. ſi fundus per fideicõmiſ. in prin. Solu. ibi.

b *Niſi prius.* ſic ſupra de rei vindica. l. emptor. & C. ſi antiqui. credito. l. j. in fin. facit ad. §. ſupra de in diem addic. l. quod ſi vno. in fi. & C. de repu. here. l. ij. & ſ. de diſtrac. pig. l. cùm ſecundus.

*Filiæ.*] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredes Titiũ & Semproniũ ſuos filios, & Titiã ſuam filiã quam iam maritauerat, & pro ea dotem dederat marito, & eam ſibi Titio reddi ſtipulatus fuerat. poſtea in teſtamento fidei dictæ ſuæ filiæ cõmiſit vt dictam cautionem de dote reddenda taliter cum marito ſuo renouaret, vt dicti fratres Titiæ ſtipulētur ſibi reddi dotē prædictam à marito ſi ipſa filia in matrimonio moreretur ſine liberis vno vel pluribꝰ. poſtea poſt mortē dicti Seij patris deceſſit maritus dictæ Titiæ antequã renouaretur dicta cautio dotalis. poſtea dicta Titia nupſit alij. poſtea deceſſit Sempronius prædictus vnus de fratribus: remanſit Titius alter frater. poſtea deceſſit dicta Titia ſine liberis vno vel pluribus, per quam ſteterat quo minus Titius frater ſuperſtes ſtipularetur dotem à marito ſecundo Titiæ. modò quæritur, nunquid dictus Titius poſſit petere ab heredibus Titiæ ſuæ ſororis res quæ fuerunt in dote apud ſecundum maritum, quas quidem ſecundus maritus reſtituit dictis heredibus Titiæ poſt mortem ipſius Titiæ quæ ſine liberis deceſſit, vt dictum eſt? & reſpõdetur quòd ſic. Viuianus.

c *Stetit.* quia interpellata non fecit: vt. ſ. ſi certum pe. l. quod te. Sed quid ſi non ſtetit per eam? Reſpon. cùm ipſa vel rem dotalem vel actionem habeat, ſola oblatione non potuit liberari: niſi ſequeretur interitus: vt infra de ſol. l. qui decem. & ſ. de arbi. l. Celſus. §. idem ait. Accurſius.

*Filium & filiam.*] CASVS. Titia teſtatrix inſtituit ſibi heredes filium ſuum Seium, & filiam ſuam Mæuiam: & duobus pone ſuis libertis legata reliquit, & fidei dictorum libertorum commiſit vt legatis eis relictis contenti eſſent vſque ad mortem eorum, & poſt mortem reſtituerent dictis filiis teſtatricis. mortua dicta teſtatrice deceſſit dicta Mæuia eius filia, & remanſit frater ſuus dictus ſcilicet Seius: vnde poſt mortem libertorum debebat habere legata A libertis relicta heres Mæuiæ, & ipſe Seius frater ſuus. poſtea vnus de dictis libertis deceſſit inſtituto herede dicto Seio filio teſtatricis ex debita parte, id eſt ex tertia hodie quæ debetur patronis in bonis libertorum: & inſtituto extraneo quodam in ſuperfluo hereditatis ſui liberti. poſtea dictus Seius & extraneus adiuerũt hereditatem dicti liberti. nunc dictus Seius vult petere à coherede ſuo extraneo dimidiam eius quod debebat habere idem Seius in legato liberto dicto relicto à Titia teſtatrice, id eſt quartam partem dicti legati. dicebat enim Seius, teſtatrix dixit quòd quilibet libertorum relinqueret mihi & ſorori meæ legatum ſibi relictum poſt mortē ſuã liberti: vnde de legato relicto liberto mortuo nunc ego debeo habere dimidiam. dimidiam ergo dictæ meæ dimidiæ debeo habere à te coherede meo, & aliam dimidiã dimidiæ à me. quæritur, nunquid bene petat? Et dicitur q̃d ſic. Viuianus.

d *Inſtituit.* puta Titia. Accurſius.

e *Debita.* ſcilicet tertia: vt inſtit. de ſuc. liber. §. ſed noſtra.

f *Ex altera.* puta beſſe. Accurſius.

g *Hereditate.* ſcilicet liberti.

h *Quod ei debetur.* ſcilicet totũ, ſi &c. Azo. hęc enim cõditio determinat verbũ debendi, non illud, petere poſſe.

i *Deberetur.* qui vocabatur Mæuius.

k *Partem.* à coherede pro beſſe ſcilicet hereditatis. Azo. & facit. C. de here. act. l. ſi adulta. & de neg. geſt. l. ſi ab eo. & ad. l. Falc. l. quanq̃. & l. licèt. & ſ. ti. j. l. Mæuius.

*Maritus.*] CASVS. Vxorē meã in omnibus meis bonis mihi heredē inſtitui. poſtea feci codicillos, in quibus eam rogaui per fideicom. vt Titio pone illam hereditatem reſtitueret. poſtea iuſſi vt dicti codicilli aperirentur ſolũmodo poſt mortē dictæ meæ vxoris me teſtatore & codicillatore mortuo. vxor mea prædicta vendidit E prædium hereditariũ exiſtimans eſſe dictum fundũ infructuoſum rationi ſuæ. poſtea deceſſit dicta vxor, & habuit heredem Gaium pone. veniunt nunc Titius & Seius fideicõmiſſarij prædicti, & petunt hereditatem meã ab herede dictæ meæ vxoris, id eſt à Gaio. Item petunt ab emptore prędiũ quod vēdidit ei vxor, vt dictũ eſt, dicentes quod ipſa non potuit alienare prędiũ quod eis reſtitui debebat. quæritur, nunquid poſſint dictũ prædium taliter reuocare ab emptore? Et dicitur ꝙ non, propter iuſtam ignorantiã venditricis & emptoris. nam tēpore quo ipſa vendidit dictum fundum, non erant adhuc aperti codicilli in quibus de reſtitutione hereditatis continebatur. pretium autem fundi poterunt petere dicti fideicommiſſarij ab herede dictæ vxoris. Viuianus.

l *Ignorantiam.* facit. ſ. de tranſact. l. fi. & ſ. depoſi. l. j. in fin. & l. ſeq. idem ſi fuit ſciens in libertate: vt infra ad Trebel. leg. quidam. §. ſi quis. item concor. j. de vſufru. leg. l. Sticho. & ſ. de peti. hered. l. ſi & rem. Accurſius.

DE LE-

DE LEGATIS ET FIDEI- commiſsis III.

*Hic quæritur, quare in tres libros poſuit de lega. Reſpond. in titu. de lega. 1. dixit quid, & quantum. Item in titu. de lega. 2. dixit quis, & à quo, & quibus verbis. In iſto de ſignificatione verborum tam circa res quàm circa perſonas poſitorũ: vt in ſumma. C. de verbo ſignific. verum quia frequenter quod vni eſſet attribuendum, in alio ponitur: alij dixerũt propter prolixitatẽ euitãdam: quod non placet. cùm enim ſint libri, ergo diſtinctos debẽt habere tractatus: licèt liber quandoque ponatur pro toto volumine: vt infra eod. l. librorum.*

*Tertij, in quo magis ordo elucet aliquis, partem priorem, qua demõſtratur præcipuè qui & à quibus & quibus verbis fideicommiſſum relinquere poſsint, ex libris fideicommiſſorum variorum auctorum, ex ſentẽtiis Pauli, ex libris Labeonis, ex Digeſtis Scæuolæ, poſteriorem quæ ad verborũ ſignificationem pertinet cuiuſque initium eſt l. 43. promiſcuè ex omnium auctorum libris. Cuiac.*

In indice tit. ita inſcribitur, incipit liber tertius de legatis & fideicommiſſis, ex ordine liber trigenſimus ſecũdus.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber trigenſimusſecundus.

## DE LEGATIS ET FIdeicommiſſis Liber tertius.

### TITVLVS I.

Dubius de ſtatu ſuo per errorẽ facti vel iuris, non poteſt teſtari. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

SI incertus [a] quis ſit, captiuus [b] ſit, an à latrũculis obſeſſus: [c] teſtamentum facere nõ poteſt. [d] Sed & ſi ſui iuris [e] ſit ignarus, putétque ſe per errorẽ, quia à latronibus captus eſt, ſeruũ eſſe velut hoſtium, vel legatus, [f] †qui nihil ſe à captiuo differre putat, [g] non poſſe fideicommittere certũ eſt: quia nec teſtari [h] poteſt, qui an liceat ſibi teſtari, dubitat.

Si teſtamẽtum ab initio deficit propter defectum teſtãtis, ex noua volũtate non conualeſcit impedimento ceſſante: ſecus in codicillis. Bartolus.

Sed ſi filiusfamilias vel ſeruus fideicommiſſum reliquerit, [i] non valet. Si tamen manumiſſi deceſſiſſe proponantur: conſtanter dicemus fideicommiſſum relictũ [k] videri, quaſi nũc datum, [l] †cum mors ei contingit: videlicet ſi durauerit volũtas [m] poſt manumiſſionem. [n] Hæc vtique nemo credet in teſtamentis [o] nos [p] * eſſe probaturos: quia nihil in teſtamẽto valet, quotiens [q] ipſum teſtamẽtum non valet: ſed ſi aliàs [r] fideicõmiſſum quis reliquerit.

Deportatus à præſide poteſt teſtari antequam eius ſentẽtia per principem confirmetur: ſecus in deportato à præfecto prætorio, vel eo qui ei⁹ vice cognoſcit. Bar.

Hi quibus aqua & igni interdictum eſt, item deportati, [ſ] fideicommiſſum relinquere non poſſunt, quia nec teſtamenti faciẽdi ius habent; cum ſint ἀπόλιδες. [t] * Deportatos autem eos accipere debemus, quib⁹ princeps inſulas adnotauit, [u] vel de quibus deportandis ſcripſit. [x] Cæterùm prius quàm factũ præſidis cõprobet, [y] nondum amiſiſſe quis ciuitatem videtur. Proinde ſi antè deceſſiſſet, ciuis deceſſiſſe videtur: & fideicõmiſſum quod ante reliquerat, quàm ſententiam pateretur, valebit. Sed & ſi poſt ſententiam antequã Imperator comprobet, valebit quod factum [z] eſt: quia certum ſtatum vſque adhuc ha-

†Sic Flor. & in manuſc. rectè. perperam in vulga. relegatus.

SI incertus.] CASVS. Ad euidẽtiam huius legis not. quòd hoſtes ſunt quibus popul⁹ Romanus bellum indixit, aut ipſi eis. latrũculi autem ſunt, quibus priuatis ciuitas priuata bellũ indixit, vel ipſi ei. & capti à primis efficiuntur ſerui: capti à ſecundis non: vt. j. de captiuis. l. hoſtes. & ſ. ſ. de teſta. l. à latronib⁹. in prædictis ergo aut captus erat in facto, in aut iure, & in vtroque caſu ſtatuitur idem: ſcilicet vt non poſſit dictus captus facere teſtamẽtũ, nec fideicommiſſa relinquere. de errore autem facti ponit exemplum in primo reſpõſo huius. l. de errore iuris in ſecundo. Viuianus.

a *Si incertus.* vel errans: vt. ſ. de teſta. l. de ſtatu. Accurſius.

b *Captiuus.* ſ. ab hoſtibus. quod dic vt infra de capti. & poſtlimin. reuer. l. hoſtes. primus teſtari non poteſt, ſecundus ſic: vt ſupra de teſta. l. qui à latronibus. & l. eius.

c *Obſeſſus.* id eſt, detentus.

d *Facere non poteſt.* niſi ſit miles: vt. ſ. de mili. teſt. l. ex militari. §. j. vel veteranus: vt. ſ. de codicil. l. Ariſto.

e *Sui iuris.* ſ. facti, hîc iuris errorem ponit.

f *Vel legatus.* aliquis repete, fortè in inſulam, vel apud Sarracenos vel hoſtes. Accurſius.

Si rem ſuam teſtator legauerit, eámque neceſſitate[g] vrgẽte alienauerit: * fideicommiſſum peti poſſe:niſi probetur adimere ei teſtatorem voluiſſe:probationẽ[h] † autem mutatæ voluntatis ab heredibus exigendam.[i] Ergo & ſi nomen quis debitoris exegerit quod per fideicommiſſum reliquit , non tamen hoc animo, quaſi vellet extinguere fideicõmiſſum: poterit dici deberi : niſi fortè[k] inter hæc intereſt . hîc enim extinguitur ipſa conſtantia[l] debiti:ibi res durat, tametſi alienata ſit . Cùm tamen qui-
B dam nomen debitoris exegiſſet,[m] & pro depoſito[n] pecuniam habuiſſet , putaui fideicommiſſi petitionem ſupereſſe: maximè quia non ipſe exegerat,[o] ſed debitor vltro pecuniam obtulerat , quam offerente ipſo potuit * non accipere.[p] Paulatim igitur admittemus,[q] & ſi ex hac parte pecuniæ rem cõparauerit quã nõ hoc animo[r] exegit , vt fideicõmiſſariũ priuaret fideicõmiſſo , poſſe adhuc fi-
C deicõmiſſi petitionem ſupereſſe.

Nõ prohibetur quis legare columnas aut lapides ex illa domo, quam oportet ſecundum leges deſtruere.

Si quis illicitè ædificaſſet, id eſt hoc quod diruit conſtitutiones iubent:[ſ] an fideicommiſſum relinquere ex eo[t] quis poſſit, videamus. Et puto poſſe. cùm enim dirui neceſſe ſit, nulla dubitatio eſt quin ſenatuſconſultum impedimento[u] non ſit. †

fideicommiſſum à dicto Titio herede centum Gaio filio prædicti Titij.quæritur,quando Gaius filius Titij heredis poſſit petere dictum fideicommiſſum? Et certè ſiue efficiatur ſui iuris Gaius per mortem Titij patris ſui,ſiue alio modo,poteſt petere fideicommiſſum prædictum,& non antè.& hoc eſt verum, ſiue Mæuius teſtator dixit expreſſè quòd Titius heres daret fideicommiſſum Gaio filio ſuo , cùm ſui iuris eſſet Gaius vel morte patris, vel alio modo:ſiue tacitè intelligi poſſit quòd Mæuius habuit eã voluntatem, puta quia dixit Mæui⁹ teſtator , volo vt tu heres Titius relinquas cẽtum Gaio filio tuo . vel quia dixit, volo Gaium habere cẽtum,vel volo ad eũ pertinere.Viuianus.

† Cõcor. c. ſi pater. §. premiſſę. ibi dummodò ſicut in caſu propoſito, earum verbis & perſonis cõueniat inſtitutis. de teſta.lib.6.

a *si filio*. pater fuit inſtitutus ab extraneo, & filio inſtituti legatũ relictum.

† Vide in hunc locum Alci.lib.3.de verb.ſignifi. quo loco de cond.neceſſaria ad caſum ſimilẽ producẽda tractat, &. l. ſi mater. C. de inſtitu. & ſubſtit. cum hoc reſponſo pulchrè conciliat.

b *Non ſit ita*.ſcilicet expreſſum.

c *Intelligi poßit*. ſcilicet ex mente.

d *Efficiatur*. ex morte teſtatoris.& facit.ſ.e.l.ſi legatarius.§.fina. cũ cõcordantiis.

*Si cui*.] CASVS. Diligebam Titium , & non patrẽ ſuum Gaium.vnde nolebam quòd de legato quod volebam dare Titio , aliquod emolumentũ haberet Gaius pater. dixi ergo ita, ſi morte patris, ſui iuris fuerit effectus Titius,lego ei centum.poſtea Titius fuit emancipatus à patre ſuo,& ita ſui iuris effectus eſt.vnde p mortẽ patris amplius ſui iuris effici nõ poteſt.quęritur,nunquid defecerit fideicommiſſum?Et dicitur quòd nõ,imò poteſt petere,vel vult ſtatim poſt emancipationem , vel vult mortuo patre.Viuianus.

* Mætianus putat fid.

† Facit.c. 1. cũ gl.ſuper verbo,mortis, in med. ibi, & qui volũtatem. extra de his quæ vi me. cau.

e *Non videri*. contra videbatur iam per mortem patris : quia non poterat fieri ſui iuris.ſed contra eſt, imò ſtatim extitit quo ad effectum:vt.ĩ.ad Trebel.l.mulier.in princ.&.ĩ. quando dies leg.ce.l.ſi ita &.C.de inſtitu.& ſubſtitu.l. iij. cum concor.ubi no. nil referre quid de æquipollentibus fiat.& per hoc ſupra quemadmod. teſta. ape.l.antepenul.ij.reſpon.argu.contra.C. de his qui ve. æta. impe. l.fina.Accurſius.

f *Admittetur*. ſcilicet proculdubio.nã & antè extitit, vt dixi.& pro hoc optimè ſupra de dona.inter virum & vxorem. l. ſed ſi mortis. §.j.& argu.contra.ĩ.de cap.l.in bello.§.ſi quis ſeruum.

*Si rem ſuam*.] CASVS.Legaui Titio equum meum. poſtea antequam morerer, fui effectus pauper : & propter neceſſitatem eum alienaui in alium . poſtea deceſſi . venit Titius ad heredes meos,& petit dictum equum,vel iuſtam æſtimationem equi. nũquid poteſt? Et dicitur quòd ſic, niſi heredes mei probent ideò me alienaſſe equum,quia volebam ei adimere dictum legatum ſiue fideicommiſſum. Sed pone quòd legaui eidẽ Titio illud quod debebat mihi Seius:qui quidem debebat mihi decem.& poſtea ex neceſſitate exegi dicta decem à Seio prædicto : & non probant heredes mei quòd exegerim quaſi vellem extinguere fideicõmiſſum . Certè deberent heredes mei dicta decem Titio cui legaueram nomen de dictis decem, niſi quia intereſt huius legati & ſuperioris,id eſt differentia eſt inter hoc legatũ & ſuperius de equo. vnde ideò quia intereſt,non debebunt heredes . & eſt ratio quare non : quia in hoc legato nominis extinguitur ipſa ſubſtantia debiti cum exigo ego teſtator à debitore . in legato autem ſuperioti de equo,durat equus,quamuis ſit alienatus per me teſtatorem.ſed ſecus ſi dicta decem quæ exegi à Seio debitore, cùm nomen eorum legaſſem Titio,poſui in depoſito,& non expendi : quia tunc bene
A poterit petere Titius , & multo magis ſi ea non exegi à dicto meo debitore,ſed ipſe debitor ſponte ea mihi obtulit:quia hoc caſu potui non accipere ea decem cùm ipſe debitor ea mihi offerret. ſed & ſi partem dictorum.x.quæ exegi à dicto meo debitore, vel quæ ipſe mihi obtulit , poſui in depoſito , & de alia parte emi prædium:adhuc poterit petere Titius fideicõmiſſum de decem.Viuianus.

g *Neceßitate*. rei familiaris:vt.C.de reſcindẽda vendi.l.non idcirco. vel quia erat peritura: vt.ſ. de rei vindicatiõe. l.item ſi verberatum. §. ſi quis. aliud ſi ex volũtate:vt.ĩ.de adi.leg.l. rẽ legatam.& arg. ĩ. de fideicommiſſ. lib. l. cùm fideicommiſſa.

h *Probationem*. No.probationem mutatæ volũtatis heredi incũbere.

i *Exigendam* . ſcilicet nunc.Sed econtra tunc oportet probari à legatario, cũ ſpõtè res fuiſſet alienata:vt.ĩ. de adi. leg.l.cũ ſeruus . & facit inſtit.eo.§.ſi rem ſuam. & ſupra de proba. l. iij. &.l.eum.

* Taurellus legendũ cẽſet, non potuit non accipere.

k *Fortè* . philoſophicũ temperamẽtum eſt.verè enim non intereſt: vt ſubiicit hîc. & dic inter eſt.ſ. inter hæc ſecundũ literam Piſanam.

l *Conſtãtia debiti*.ex hac differentia oportet hîc legatarium probare : vt hîc,&.ſ.titu.ij.l.nõ quocumque. §. qui Gaium. &.l.ſi ſic.§.j.in fin. &. l. Lucius.j.reſpon.&. l.cũ pater.§. filia. & infra de auro & arg. leg. l. Seia.
D in fi.&.ĩ.de libe.lega.l.non ſolùm.§.liberatio. quod ſecus eſt in ſuperiori caſu vbi heres probat.

† Nã quod neceſſario deſtruendũ eſt,nõ eſt in eius deſtructione neceſſaria auctoritas ſuperioris : vt extra de elect.c. venerabilem.cũ glo. ſuper verbo,venire in ius.

m *Exegiſſet*. à ſpontè ſoluente.& ſic impropriè,vt ſequitur.

n *Pro depoſito*. aliud ſi pro depoſito non habuiſſet , vt modò notaui per plures leges.Et nota hîc qualiter probetur animi perſeuerantia,non ergo &c.Accurſius.

o *Exegerat*. Not.ergo exigere,id eſt ab inuito extorquere.ſic infra quæ in fraudem credi.l.pupillus. Item contra ſupra titu. j. l.ſi Titius.Solu.ibi.

p *Non accipere*. ſcilicet rationabiliter , cum videatur velle durare dominus debitoris.Nam qui accipit mutuum,ſeruus eſt fœnerãtis:vt.C.de noua.l.iij.& ad hoc.ĩ.de ſolu.l.ſi debitor.Accurſius.

ADDITIO. Prius legebatur,non potuit accipere.

q *Admittemus*. ſcilicet valere fideicommiſſum.

r *Non hoc animo*. & hoc probatur per hoc ꝙ habuit eam in depo-
E ſitum,vel alio modo.Et not.quòd quidam habent cancellatũ hũc verſum,& ſi ex hac &c.& facit.ĩ.de adi.leg.l.pater.

*Si quis illicitè*.] CASVS. Ad huius.§.intelligentiam no.quòd ſenatuſconſultũ factum Auiola & Panſa conſulibus exiſtentibus,vetat quòd aliquis nõ leget columnas vel mormora de domib⁹: vt.ſ. de leg.j.l.cætera.§.j.quid ergo ſi ego feci domum in publico loco vel in alio loco vetito:quam quidẽ oportet me deſtruere:vt.ĩ.ne quid in loco pub.l.j.& ij.nunquid potero ex ea domo legare marmora vel columnas non obſtante dicto ſenatuſcõſulto? Et dicitur quòd ſic.Viuianus.

ſ *Iubent*. vt in loco publico:vt.ĩ.ne quid in lo.publ.l.ij.in princ. & l.fin.vel contra.ſ.fini.regun.l.fina.

t *Ex eo*. ædificio illicito,puta vnam columnam.ſecus in licito : vt ſupra titu.ij.l.cætera.&.l. filiusfamilias. §. ædes.& facit infra eod.l. nutu.§.ij.

u *Impedimento*. huic legato columnæ.

*Si heres.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium,& iuſſi ei quòd mutuaret Seio amico meo centum vſque ad ſex menſes pro duobus denariis libram quolibet menſe, cum alij vſurarij mutuarent ad ſex denarios libram. Certè valet tale fideicommiſſum,& putauit Mæcianus quòd deberet dare fideiuſſores heredi de dictis centum reddēdis ei in termino:ſed non eſt verū: imò nudā tantùm cautionem. Viuianus.

a *Vtile*. vt.ſ̃. titu. ij.l.ſi ſeruus legatus.§.fin.

b *Idoneè*. ſcilicet cum fideiuſſorib⁹ vel pignoribus:vt.ſ̃.māda.l.ſi mādatum.§.fina.

c *Cautionem*.ſcilicet talem, vt dixi. ſed nuda ſic:vt.ſ̃.de iudi.l. in omnibus.Accurſius.

*Si ſeruo.*] CASVS. Seruo Titio legaui militiā meā. volui enim quòd dictus ſeruus Titij ſtaret ad quoddam meū caſtrum pro milite, & haberet quolibet die quinque ſolidos pone. quam quidem militiā ſerui habere non poſſunt, vt datur intelligi in fin. huius. §. modò quæritur, an Titio domino acquiratur dictū legatū? Et diſtinguitur: aut ego teſtator ſciui eū eſſe ſeruum cum ei legaui militiam:aut ignoraui. Primo caſu debetur legatū.ſed quia ſeruus non poteſt habere militiā, vt dictum eſt, datur domino eius æſtimatio militię.Secundo caſu non valet legatum aliquo modo:& eſt ratio in hoc ſecūdo caſu, quia non eſt veriſimile quòd ego teſtator reliquiſſem ſeruo militiam,ſi ſciuiſſem eum eſſe ſeruum.quamuis cùm ſciui eum eſſe ſeruum tempore quo legaui ei militiam,valeat legatum quantum ad æſtimationem militiæ dandam domino ſerui,vt dictum eſt in ipſo caſu.ex his autem quæ dicta ſunt in dicto primo caſu, iſtud potes colligere, quòd cùm aliquid relinquitur alicui per fideicōmiſſum vel per legatum, illud præſtandum eſt quod relictum eſt, ſi poteſt præſtari:aliàs æſtimatio eſt præſtanda. Viuianus.

† Scit,pro, ſciuit.ſ. teſtator.

* Quòd, rurſus, verificetur de duabus vicibus, vide in.l.1.§.ſi cui.ff.vt lega.nomine ca.&.do. Bart.in.l.cū qui.ff. de verb.obli.

Si heres rogatus ſit certā ſummam vſuris certis fœnori dare, vtile a eſt fideicōmiſſum:ſed Mæcianus putat non aliàs cogēdum credere,quàm idoneè b ei caueatur. Sed ego procliuior ſum vt putem cautionem c non exigendā.

Si rem legatam legatarius habere non poteſt abſque ſui delicto, præſtabitur æſtimatio ſi teſtator fuit ſciens. Bartolus.

Si ſeruo alieno militia d relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur. Et aut ſcit † ſeruum eſſe, & dico æſtimationem deberi. e aut ignorauit, & denegari f fideicommiſſi perſecutio debet: quia ſi ſciſſet ſeruum,non reliquiſſet. g Ex his apparet, h cū per fideicommiſſum aliquid relinquitur, ipſum pręſtandū quod relictum eſt. cum verò ipſum pręſtari i non poteſt,æſtimationem eſſe præſtandam.

Dictio rurſus, verificatur in duabus vicibus tātùm. Bartolus.

Si quis decem alicui per fideicommiſſum reliquerit, & ſi perdidiſſet id quod teſtamento relictū eſt,rurſus ei reliquerit: * quęrebatur an ſequens fideicommiſſum valeat, vel an exigere heres debeat cautionem k ſalua fore decem, ne cogatur ad præſtationem: & an ſi ſæpius perdidiſſet, ſæpius ei ſarciretur fideicommiſſum. l Diuus Pius reſcripſit neq; cautionem exigendam, m & non amplius quàm ſemel n poſtquam perdidiſſet, præſtandum. non enim onerandus eſt heres vt in infinitum o † quotiens perdiderit, reſtituere ei tantumdem debeat: ſedvt per fideicommiſſum poſterius duplicata eius legata videātur: nec amplius ad periculū heredis pertineant, ſi quid poſtea is conſumpſerit, exſoluto & poſteriore fideicommiſſo.

Fideicommiſſum relictum animo compenſandi, petitionem nō inducit. Bartolus.

Item ſi quis certam quantitatem cui p reliquerit, & addiderit, facilius hāc ſummam poſſe q compenſari, cum debitor ſit fideicommiſſarius ex cauſa hereditatis Gaij r Seij, nec velit ille adire hereditatem Gaij Seij, ſed petat fideicommiſſum: Imperator noſter contra voluntatem ſ eum teſtantis petere fideicommiſſum t reſcripſit:cum in fidei-

orthodoxo hæretico,& in fundo Martio,& homine libero relictis dicitur:vt ſupra tit.ij.l.apud Iulianum.§.fin.&.l.cętera.& diſtingue vt ibi not.in.l.ſed ſi res.& facit.j̃.de aur.& argen.l. Titia.§.j.&.ſ̃.tit. ij.l.filiusfamilias.§.iiij.&.j̃.de verb.obli.l.multum.

*Si quis decem.*] CASVS. Legaui decem Titio ab herede meo, & ita dixi, ſi Titius perdiderit dicta. x. rurſus lego ei.x.modò quæritur hîc de tribus. Primum, vtrum valeat ſecūdum legatum? Secūdum eſt, vtrum heres meus poſſit exigere à Titio legatario cautionem,vt ipſe legatarius faciat ſalua. x. quæ primò ei ſoluūtur:ita quòd heres non teneatur ad præſtanda amplius.x? Tertium eſt, ſi Titius legatarius perdiderit bis, vel ter quater dicta decem, an heres teneatur ſemper dare alia.x? Et iuriſconſultus reſpondet ad ſecūdum & tertiū: per quā reſpōſionem colligitur reſponſio primi. & dicit quòd heres non poteſt exigere.x.nec dictā cautionem à legatario. Item dicit quòd ſi legatarius vltra ſemel perdiderit. x. nō tenetur ei iterum dare heres. colligitur ergo reſponſio primi, ſcilicet quòd ſi ſemel perdiderit decē legatarius, alia decem ei heres dare non tenetur amplius. Viuianus.

† Nā infinitas vitatur. & concord. c.cū in multis.extra de reſcri.li.6.

k *Cautionē*.à legatario.

l *Fideicommiſſum*. ſcilicet legatario.

m *Exigendam*.id eſt,nō exiget heres cautionē.

n *Quàm ſemel*. contra ſupra qui.mo.vſusfruct.amit.l.ſicut.ſed ibi dixit quoties:ſed hîc dixit rurſus.Itē no.ſufficit ſemel ſolui,& quādoque non:vt no.C.de iur.delibe.l.fi.§.ſed quia.Item not.cōtra infinitatem.ſic infra de dam.infect.l.qui bona.§.fin.& ſupra de arbi. l.non diſtinguemus.§.quæſitum.& infra de re iudi.l.à diuo.§.ſed ſi emptor.&.C.de ſacroſan.eccle.l.fin.§.ſed ne.& ſupra pro ſocio.l.ſi ſocius pro filia.§.quòd ſi ſalua.& infra vt leg.no.ca.l.j.§.ſi cui. Sed arg. contra infra de fideiuſſ. l. ſi ita ſtipulatus à Seio. & ſupra de in lit.iur.l.videamus.§.iurare.& in auth.de non alie.§.ſancimus.colla. ij.ibi,in quo optima menſura, &c. & ſupra de eden.l.veluti.§.hæc vox.Azo.

o *In infinitum*. Not.infinitatem vitandam. Infinitas vitanda eſt.

*Item ſi quis.*] CASVS. Cum Cornelius peteret exiſtere heres ab inteſtato Gaio Seio, qui Gaius Seius fuerat debitor Titij in decem ex aliqua cauſa, & ita Cornelius propter dictā hereditatem eſt debitor Titij in dictis decem,ſi eam adeat: hîc Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi Martinum heredem, & legauit dicto Cornelio.x. & ita ſubiunxit:tu Martinus heres poteris facilè compenſare hæc.x. cum Cornelio, qui,vt dictum eſt,debet mihi.x.propter hereditatem Gaij Seij. poſtea Cornelius noluit adire hereditatē Gaij Seij: ſed volebat fideicommiſſum de decem ſibi à Titio prædicto relictum. quæritur, nunquid poſſit habere? Et dicitur quòd non: quia videtur eſſe contra voluntatem teſtatoris, quæ præcipuè ſeruanda eſt in fideicommiſſis. Viuianus.

p *Cui*.id eſt,alicui.

q *Poſſe*. No.facilius compenſamus quàm ſoluimus.

r *Gaij*. quia Gaius inſtituit fideicōmiſſarium qui Gaius fuerat debitor teſtatoris ſecundi.

ſ *Voluntatem*. tacitam, quaſi ſub hac conditione legauerat, ſi ille Gaio Seio fuerit heres,& compēſauerit.Facilius enim remittimus quæ ſperamus, quàm demus quæ poſſidemus.ſic.ſ̃.de leg.ij.l.vnū ex.§.ſi rem.& facit.j̃.titu.j.l.j.

t *Fideicommiſſum*. Not. in fideicommiſſis præcipuè ſpectanda ſeruandáque eſt teſtatoris voluntas.

d *Militia*. quam ſeruos habere fuerat inuſitatum,non tamen iure aut natura vetitum penitus,ſecundum R.vel fortè de iure eſt vetitum:vt.C.qui mili.non poſſ.l.ſuper ſeruis per totum.

e *Deberi*. huic enim relicto talis ineſt natura:vt ſupra titu.j.l.mortuo.§.j.R.

f *Denegari*. ſed hæc militia poſſet legari ei libero:ergo ei ſeruo: vt ſupra ti.j.l.debitor.§.ſeruo.quæ eſt contra. Sed dic non omne: ſed nec id quod ratione rei legatę vel perſonæ legatarij impeditur,poteſt legatarij libero & ſeruo. & quod impeditur,nec vni nec alteri. hîc autem non rei perſonęvé ratione impeditur omninò legatum: ſed ex coniectura mentis defuncti. præſumitur enim,quoniam nō conſueuerunt ſerui militiam habere,ſi ſciſſet ſeruum,nil ei relicturus eſſet teſtator. nam & aliàs ex legatarij vſu & ſcientia,teſtatoris volūtas colligitur:vt ſupra de vſu & ha.plenum.§.ſed ſi pecoris.&. §.equitij.& ſupra de lega.j.l.ſi ſeruus plurium.§.fina.& de iud.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.j.& ij.

g *Non reliquiſſet*.hoc enim hîc præſumitur,ſicut in re aliena legata, & in ſubſtitutione ſeruo inſtituto heredi vulgariter facta aliud voluiſſe eum pręſumitur:vt.C.eo.l.cùm alienam.& ſupra de here.inſtit.l.pater filio.

h *Apparet*. Not.rem legatam præſtari debere:quæ ſi præſtari non poteſt,eius æſtimatio præſtetur à legatario.

i *Præſtari non poteſt*. huic ergo minimè eſt inhærendum. difficultatis enim & non impoſſibilitatis reſpectu hoc non poſſe dicitur: vt in re aliena legata quam dominus non vult vendere.cæterum iure naturáve relicto reſiſtente nihil omninò dabitur: vt in mancipio

Volun-

a *Voluntas.* vt &.ſ.tit.ij.l. pe.not. &.j.de ſupel. lega. le. Labeo. & infra de auro & argen. leg.l. Quintus.

*Plerumque euenit.*] CASVS. Hic.§. duas ponit regulas. In prima non ponit exempla, in ſecũda ſic. Prima eſt talis: Poteſt eſſe quòd multorum intereſt fieri quod dictum eſt à teſtatore: & tamen vnus tãtùm habet actionem: eo quòd teſtator eum ſolum honorare voluit. & potes ſi vis ponere exemplũ quando duo non ſocij promiſerunt centum in ſolidum teſtatori: & ipſe legauit vni eorum libertatem. quamuis enim interſit alterius vt ambo liberentur: tamen non liberabitur niſi ille cui legata eſt liberatio: & liberabitur per pactũ & nõ per acceptilationem: ad hoc vt liberatio non proſit alij: vt infra de lib. lega.l.iiij.§.ij. Secunda regula eſt econtra ad primam. Poteſt enim eſſe quòd vnum eſt legatum à teſtatore relictum: & tamen plures ad illud admittũtur: eo ꝙ teſtator plures voluit honorare. & ponitur in litera tale exemplum: Ego & Titius ſtipulati fuimus in ſolidum à Seio nobis dari Stichum. poſtea Cornelius fecit teſtamentum, & petiit ab herede ſuo vt daret mihi & Titio dictum Stichum debitum nobis à Seio. quãuis enim vnum, id eſt vnius heredis Stichi ſit legatum: tamen Seius & Titius admittentur ad petitionem ipſius: & prout cuiuſque noſtrũ intereſt, tantum ex dicto legato cõſequemur. Quid ſi ego petij totum Stichum ab herede Cornelij, & litem ſecum fui conteſtatus? certè totum debet mihi ſoluere: dum tamen caueam ei quòd defendam eum à Titio collegatario meo. & hæc ſunt vera ſiue ego & Titius meus collegatarius eramus ſocij, ſiue non. & quod dixi in herede Cornelij rogato à Cornelio vt daret mihi & Titio Stichum nobis debitum à Seio: idem eſt ſi Cornelius dictũ Stichum alicui per fideicommiſſum reliquiſſet, & dictum fideicommiſſarium rogaſſet de dando mihi & Titio dictum Stichum. Viuianus.

* Pro, defenſum iri. Anto. Aug. li.2. ca.1.

b *Plerumque.* Not.ex prin.huius.§.illi ſoli deberi fideicommiſſum, quem teſtator voluit honorare. Accurſius.

c *Vni.* ergo ei ſoli ex fideicommiſſo tali competit actio.

d *Habitum.* pone exemplum, ſi plures ſint rei debendi, & vni legatur liberatio: vel ſi lego tibi quod Titius tibi debet, qui eſt fortè non ſoluendo. nam refert gratia vnius vel plurium: vt.j. de libe. lega.l.iij.§. fi. &.j.ea.l.§. interdum.

e *Veriſſima.* vt ei tantũ debeatur quem teſtator voluit honorare.

f *Si pluribus.* creditoribus Titij.

g *Eius.* ſcilicet legati.

h *Eiuſdem.* ſcilicet hominis.

i *Rei.* non teſtatoris.

k *Stipulandi.* non teſtatoris.

l *Rogatus eſt.* ab eo qui erat non debitor.

m *Omnium.* ſcilicet creditorum.

n *De omnibus.* ſcilicet honorandis. alioquin aget debitor tantum: vt.j. proxi.§. & facit.ſ.tit.j.l.fideiuſſor.

o *Agent.* ſ. quilibet pro parte debiti ſui.

p *Defenſu iri.* j. de libe. lega.l.quid ergo.

commiſſis præcipuè ſpectanda ſeruandaq; ſit teſtatoris voluntas.[a] Plerumque[b] euenit, multorum intereſſe id quod relinquitur: verùm teſtatorem vni[c] voluiſſe honorem habitum.[d] & eſt hæc ſententia Marcelli veriſſima.[e] Sic euenit, vt interdum ſi pluribus[f] teſtator honorem habere voluit, & de pluribus ſenſit: quamuis vnum legatum ſit, tamen ad perſecutionem eius[g] plures admittantur: vtputa ſi decem fuerunt eiuſdem[h] rei[i] ſtipulandi,[k] & heres vel fideicommiſſarius rogatus eſt[l] vt eis ſolueret. hîc enim ſi omnium[m] intereſt, & de omnibus[n] ſenſit teſtator: fideicommiſſum relictum omnes petere potuerunt. Sed vtrum in partem agent,[o] an in ſolidũ, videamus. Et credo, prout cuiuſque intereſt, conſequentur. Vnus igitur qui occupat agendo, totum conſequitur: ita vt caueat defenſu iri*[p] aduerſus cæteros fideicõmiſſarios eum[q] qui ſoluit:[r] ſiue ſocij ſunt, ſiue non. Interdum alterius nomen ſcribitur in teſtamento, alteri verò fideicommiſſi petitio vel legati competit: vtputa ſi fidei heredis committatur vt ipſe publicano pro Titio præſtet. fideicommiſſum hoc vel legatum nõ publicanus[ſ] petit, licet ei ſit adſcriptum: ſed ipſe petere poterit, pro quo legatum relictum eſt. Multum autem intereſſe arbitror cui voluit[t] proſpectum, cuiúſque contemplatione teſtator fecerit. Plerumq; autem intelligẽdum eſt priuati cauſa hoc feciſſe, licèt emolumentum publicano quæratur.[u]

B In indiuiduis quilibet heredum tenetur in ſolidum. Bartolus.

Si in opere ciuitatis faciendo aliquid relictum ſit: vnumquẽque heredem in ſolidum teneri diuus Marcus & Lucius Verus Proculæ[x] reſcripſerunt: tempus tamen coheredi[y] præſtituerunt, intra quod mittat[z] ad opus faciendum: poſt quod ſolam[a] Proculam voluerunt facere, imputaturam coheredi ſumptum[b] pro parte eius. Ergo & in ſtatua, C & in ſeruitute, cæteriſque quæ diuiſionẽ non recipiunt,[c] idem diuus Marcus reſcripſit. Si quis opus facere iuſſus, paratus ſit pecuniam dare reipublicæ, vt ipſa faciat, cùm teſtator per ipſum id fieri voluerit: non audietur.[d] & ita diuus Marcus reſcripſit.

Legatum incertum relictum in his quæ alimenta reſpiciunt, valet. Bartolus.

XII. VALENS *libro primo Fideicommiſſorum.*

D *STichus liber eſto: & vt eum heres artificium doceat vnde ſe tueri*

q *Eum.* ſcilicet heredem.

A r *Soluit.* legatum.

*Interdum.*] CASVS. Hic.§. ponit vnam regulam: & ſuper eam ponit exemplum, & illud exemplum poſtea determinat. Regula eſt talis: Quandoque vnius nomẽ in teſtamẽto ſcribitur in legando, & alteri petitio competit legati. Exemplum eſt tale: Titius debebat publicano. x. propter paſſagiũ fortè. ego feci teſtamẽtũ, & rogaui heredem meũ ꝙ ſolueret decem publicano pro dicto Titio. certè Titius admittitur ad petitionẽ fideicõmiſſi, & non publicanus: niſi probet publicanus quòd pro ſuo publicani amore ego reliqui fideicommiſſum prędictum. Viuianus.

ſ *Non publicanus.* cùm nulla eius gratia ſit relictum: imò vt miniſter eligatur: vt.ſ. titu.j.l. ſi quis Titio decem. aliàs ſecus: vt.j.de condi. & demon. l. Titio.§. Titio genero. &.ſ.ea.l. proxi. §.&.ſ. de vſufruc. ea.re. l.tribus.in fin. quæ ſunt contra. & facit.ſ.titu.ij. l.ſi fideiuſſ.&.l.ſeruo legato.§. ſi teſtator.&.l. ſi ſeruus legatus. §. pen.

t *Voluit.* teſtator.

u *Quæratur.* prima facie.

*Si in opere.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Proculã & Titiũ: & rogaui eos quòd facerent fieri vnũ palatium reip. Bononiæ, in quo expenderent mille libras. vel iuſſi eis quòd ponerent vnam ſtatuam in curia cõmunis ad honorem reipublicæ, vel iuſſi eis quòd ſuſtinerẽt per domos meas quę erãt iuxta palatium commune, ſeruitutem cloacæ communis immittendæ. vel iuſſi eis quòd facerent aliquid aliud quod diuiſionem non recipit. nunc veniunt procuratores communis, & conueniunt ad prædicta facienda vel aliquod prædictorum dictã Proculã ſolam, cùm Titius eius coheres ſit abſens. vnde hæc Procula conqueſta fuit de hoc per literas ſuas diuo Marco & Lucio vero imperatoribus, dicendo eis quòd ipſa volebat adimplere bene pro parte ſua, & non pro parte Titij coheredis ſui. certè dicti imperatores reſcripſerunt ei quòd volebant eam certum tempus habere intra quod faciat venire coheredem ſuum pro faciendis prædictis: poſt quod tempus volunt quòd ipſa ſola faciat prædicta: & quod poſſit imputare coheredi ſuo Titio partem dimidiam E ſumptuum quos faciet in prædictis, vel aliquo prædictorum, quæ diuiſionem non recipiunt. Viuianus.

x *Proculæ.* ipſi Proculæ ſupplicanti, quæ ſola pulſabatur.

y *Coheredi.* Proculæ genitiui caſus. ad quod eſt.ſ. de vſur.le. cùm quidam.§.fina.&.j. de ope.pub.l. ſi legatum.§.j.

z *Mittat.* ille coheres.

a *Solam.* Proculam in iudicio conuentam. Accurſius.

b *Sumptum.* in iudicio fami.erciſcun. vt ſupra famil. erciſcun.l. heredes.§. non tantùm.

c *Non recipiunt.* nam quæ diuiſionem non admittunt, tunc in ſolidum ab heredibus & heredibus debentur: vt ſupra fami. erci.le. heredes.§.an ea.&.j.de ſer.leg.l.fina.& facit.j.titu.j.l. Quintus.§.ad auctoritatem.

d *Non audietur.* vt infra de polli.l. antepenul.

*STichus.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & Sticho ſeruo meo libertatem dedi, & præcepi prædicto heredi vt doceat

vel doceri faciat dictum Stichum vnum artificium, ex quo artificio poſſit lucrari victum & veſtitum competẽtem. quæritur, nunquid Stichus poterit petere ab herede vt faciat eum doceri leges, vt fiat doctor legum? certè non, imò arbitrabitur iudex quod artificium competens potius heres docere eum debeat ſumptibus heredis ipſius: & in cauſæ cognitione debet inſpicere iudex voluntatem defuncti, qui dixit, vnde poſſit ſe tueri &c. Itẽ debet inſpicere iudex ætatem Stichi, & cõditionem, & naturam, & ingenium: vt ſi eſt aptꝰ ad calculariam, ad eam eum ponat. ſi eſt aptus ad aliam artem, ad eam eum ponat. Pegaſi autẽ ſentẽtia qui dixit fideicommiſſum prędictum non valere, eſt reprobata. Viuianus.

* Qui erat Proculianus cùm Valens auctor legis eſſet Sabinianus.

† Concor. c. cum in iuuẽtute. in glo. ſuper verbo, ad ſenilem. ibi, itẽ præſumitur pro ſenili ætate potiꝰ quàm pro iuuenili. Et iuriſperitus ex verbis ſenum ruſticorum argumentatur. extra de præſumpt.

a *Ait.* & malè.

b *Voluntate.* C. de fideicommiſſ. l. voluntatis.

c *Ingenióque.* No. ꝙ ex ingenio natura & ætate & conditione alicuius, eius cõſideratꝰ officiũ.

d *Artificium.* valet ergo relictum licèt incertum propter fauorẽ alimentorum: vt no. ſ. tit. j. l. ꝗdam. & facit. j. de ſolu. l. inter artifices.

S *I ſic.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Gaium, & ita poſtea dixi, heres meus dato Titio fundũ meum Cornelianũ poſitum in tali loco. Item Seio dato hoc amplius. x. quæritur, quid importent hęc verba, hoc amplius, poſita in legato Seij de decem? Et dicitur quòd Seius propter illa verba habebit integra decem, & medietatẽ fundi Titio relicti. Viuianus.

e *Dato.* ſcilicet adiecto fundi nomine. alioquin inutile eſt relictũ: vt ſupra de iure do. l. cùm poſt. §. gener.

f *Decem.* ſcilicet dato.

g *Debeat.* vt. j. eo. l. ſi purè. & ſ. ſi cer. pe. l. lecta. circa princ. Sed cõtra. ſ. tit. ij. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita. ſed hoc, pronomen hîc ſoluit contrarietatem: licèt R. aliter ſoluat: vt ibi. Azo. Item facit. j. eo. l. ſi ſeruus. §. ſi ei. & j. de vſufru. leg. l. ſi alij. & ſ. de vſufru. ac. l. inde Neratius. §. non ſolùm.

N *On dubium.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & legaui vxori meæ centum ſi non nupſerit. & rogaui eam quòd reſtitueret Sempronio dicta centum ſi nuberet. ipſa fuit conſecuta legatum ab herede meo, & poſtea nupſit: nunquid tenetur reſtituere Sempronio? Et dicitur quòd non eſt dubium quòd bene eſt cogenda reſtituere: id eſt dicere, bene tenetur reſtituere, quamuis non poſſit nubere contra conditionem ſibi appoſitam in legato, & legatum conſequi. & tamen nihilominus tenetur reſtituere Sempronio, vt dictum eſt: vt euenit in herede inſtituto ſub conditione ſi iurauerit ſe capitolium aſcendere, à quo herede legatum vel fideicommiſſum relictum eſt Sempronio pone. nã quamuis remittatur ei conditio iuriſiurandi à iure, & habere poſſit hereditatem: nihilominus tamen tenetur legatum vel fideicom. dare Sempronio. Alij exponunt in princ. huius. l. quoniam, pro quòd. & dicunt quòd vxor non tenetur reſtituere Sempronio. ſed ego pono propriè verbum quin, propter aliud verbum quoque, poſitum ibi, heres quoque iuriſiurandi & cætera. [SED SI CVI.] Legaui Titio centum: & rogaui eum quòd emeret equum Sempronij qui valebat quinquaginta: & eum daret Gaio. Titius iuit ad Sempronium, & volebat ei dare de dicto equo quinquaginta. Sempronius dixit, nolo vendere: vel dixit, nolo vẽdere niſi habeam inde centum libras vel ducentas. nunquid tenetur Titius dare Sempronio pro equo tantum quãtum petit: vt ſic eum equũ poſtea det Gaio iuxta præceptum mei teſtatoris? Et dicitur quòd non, ſed dabit Titius Gaio iuſtam æſtimationem equi: id eſt quinquaginta. Viuianus.

Caſum ponit.

h *Non dubium.* pone caſum tribus modis. Primò quòd loquatur

*poßit, peto.* Pegaſus * inutile fideicommiſſum eſſe ait: [a] quia genus artificij adiectum non eſſet. Sed prætor aut arbiter ex volũtate [b] defuncti, † & ætate & cõditione & natura ingenióque [c] eius cui relictum erit, ſtatuet quod potiſſimum artificium [d] heres docere eum ſumptibus ſuis debeat.

XIII. MÆCIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

S I ſic locutus erit teſtator, *Heres meus illi fundum dato:* [e] *Seio hoc amplius decem:* [f] non erit dubitandum, quin Seius & fundi partem & decem ex teſtamento percipere debeat. [g]

XIIII. GAIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

N On dubiũ [h] eſt quid ſi vxori legatum ſit *ſi non nupſerit,* idque alij reſtituere rogata ſit: cogenda eſt, ſi nupſerit, reſtituere. Heres quoque cui iuriſiurandi conditio [i] remittitur, legatum & fideicommiſſum debet. Sed ſi cui legatum relictum eſt vt alienam rem redimat vel præſtet: ſi redimere non poſſit, quòd dominus non vendat, vel immodico [k] pretio vendat, iuſtam æſtimationem inferat. [l]

XV. MÆCIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

H AE res teſtatoris legatę quę in profundo [m] eſſe dicũtur quandóque [n] apparuerint, præſtantur.

B

XVI. POMPONIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

S AEpe [o] legatum plenius [p] reſtituitur fideicommiſſario, ꝗ̃ eſſet relictum: veluti ſi alluuione ager auctus [q] eſſet, vel etiam inſulæ natæ. †

XVII. MÆCIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

E Tiam ea quæ futura ſunt, legari poſſunt, vt inſula vel in mare vel in fluminibus [r] enata. C Seruitus quoque ſeruo prædiũ [ſ] habenti rectè legatur.

Legatum relictum in voluntate ſolenni, per volũtatem minus ſolennem non intelligitur tacite reuocatum. Bartolus.

A ſecundùm iura noua quæ permittũt talem caſum imponi nuptæ, ne ſecundas ineat nuptias: vt in authen. de nup. §. quæ verò. colla. iiij. & C. de indi. vidui. auth. cui. ſed iure veteri contra: vt. j. de condit. & demon. l. quoties, & l. cum tale. in fin. & ſecundùm hoc hæc dictio quin, ſimpliciter ponitur pro quòd. & ſecundùm hoc valet fideicommiſſum in eũ caſum in quem voluit teſtator, vel in quocunque, ſi hoc voluit, ſcilicet vel viduitatis, vel ſi nupſerit. Secundò dic ꝙ in caſu viduitatis tãtùm relinquitur fideicommiſſ. ſub qua & legatum erat relictũ. ſed in. l. quoties. quæ eſt cõtra, dicit non valere fideicõmiſſum ſi fuit relictum in caſu ſi nuberet. & lege quin pro ꝙ: vt. j. vel dic tertio, quòd non valet fideicommiſ. & dic relictũ in pœnã ſi nupſerit: vt. d. l. quoties. & ſecundùm hoc, quin ponitur pro ꝙ: & hęc dictio non, ponitur iuxta verbum, eſt. & ꝙ dicit, ſi nupſerit, ſub. etiam. & tunc hæc & illa. l. quoties. quæ dicũt idem, corriguntur per dictam authenticam.

† De inſularum naſcẽtium ratione Plin. lib. 2. cap. 87. & ſeq.

i *Conditio.* erat enim inſtitutus ſi iuraret ſe daturum Titio decem. nam licèt iuramentum remittatur, decem tamen dare oportet: vt hîc, & ſ. de condi. inſtitu. l. quæ ſub conditione. in prin. & §. quoties. & j. de condit. & demon. l. hæc ſcriptura. & ſ. titu. ij. l. ſi quis inquilinos. §. fi.

k *Immodico.* id eſt magno. Et not. non vendere, vel immoderato pretio vendere, æquipollent.

l *Inferat.* No. de re aliena præſtanda grauatus ſi eam habere non poſſit, vel difficulter: tenetur ad æſtimationem: vt inſtitu. eo. §. non ſolùm. & infra eod. l. qui concubinam. §. fina. & dic vt ibi. & infra D de auro & argen. lega. Titia. §. j. & argu. ſ. depoſi. l. iij. & ſ. titu. j. l. mortuo. §. j. & ij. & j. ad. l. Falc. l. alienus. & infra de fideicommiſſ. liber. l. alieno. §. ſi quis.

Vẽdere pretio non iuſto, & non vendere, æquipollent.

H *Æres.*] CASVS. Inſtitui mihi Titium heredem: & legaui Sẽpronio loricam meam quam credebam eſſe in ſcrinio meo: & ipſa erat in profundo maris. certè non tenetur heres antè præſtare legatario loricam, vel eius æſtimationem, quàm extracta fuerit de profundo maris. tunc enim bene tenetur. Viuianus.

m *In profundo.* maris. Accurſius.

n *Quandóque.* pro quandocumque. Anto. Aug. lib. 3. cap. 7.

S *Æpe legatum.*] CASVS. Legaui Titio agrum, & rogaui eum ꝙ reſtitueret Sempronio. fuit conſecutus Titius agrum prædictũ ab herede meo: & antequam eum Sempronio reſtitueret, per alluuionem auctus eſt ager, vel inſulæ in eo natæ ſunt. nunquid tenetur Titius reſtituere Sempronio agrum & augmentum? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

E o *Sæpe.* id eſt frequenter.

p *Plenius.* id eſt pinguius.

q *Auctus.* ſic. ſ. titu. ij. l. quod in rerum. §. ſi quis. & j. de acqui. rerum do. l. ergo. & ſ. de pign. l. grege.

E *Tiam.*] CASVS. Hæc lex dicit planè ꝙ non ſolum præſentia, ſed etiam futura legari poſſunt. Item dicit, ꝙ ſi ſeruus Titij habeat in peculio fundum: bene poteſt alius extraneus legare ſeruitutem prædij ſeruo propter prædium quod in peculio habet.

r *In fluminibus.* quod frequenter accidit: ſed in mari raro: vt. j. de acquirẽ re. domi. l. adeo. §. inſula. & cum de futuris dicat, dic nata, id eſt naſcitura. ſic. C. de legib. & ſenatuſcõ. l. j. & ſ. pro ſoc. l. omne. & j. dd verb. ſigni. l. verbum erit.

ſ *Prædium habenti.* aliàs de eſt, ſeruo: & eſt plana. & concor. ſ. communia prædio. l. j. & aliàs eſt, ſeruo habenti prædium: & tunc dic in peculio, non dominico: vt. j. de ſer. leg. l. & ſi maximè. & ſ. titu. j. l. ſi debitor. §. fina.

XVIII. POMPONIVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

SI iure teſtamento facto fideicommiſſum tibi reliquero, deinde poſtea aliud fecero non iure, † in quo fideicommiſſum relictũ tibi, vel aliud quàm quòd priore teſtamento, vel omnino non ſit relictum: videndum eſt, an mens mea hæc fuerit facientis poſtea teſtamentum, vt nolim ratum [a] tibi ſit priore teſtamẽto relictum: quia [b] nuda [c] voluntate fideicommiſſa [d] infirmarẽtur. Sed vix id obtinere poteſt: fortaſſis [e] ideò, quòd ita demum à priore teſtamento velim [f] recedi, ſi poſterius valiturum ſit: & nunc ex poſteriore teſtamento fideicommiſſum ei nõ debetur, etiam ſi iidem heredes vtroque teſtamento inſtituti ex priori extiterunt.

Non poteſt peti legatum, niſi caueatur de modo implendo. Bartolus.

XIX. VALENS *libro quinto Fideicommiſſorum.*

SI tibi legatum eſt vel fideicõmiſſum relictum, vti quid facias: [g] etiam ſi non intereſt heredis id fieri, negandam tibi actionem, ſi non caueas [h] heredi futurum quod defũctus voluit, Nerua & Atilicinus rectè putauerũt.

XX. VLPIANVS *libro ſexto Fideicommiſſorum.*

SI res mihi per fideicommiſſum relicta, eadem tibi legata, vel per fideicommiſſum relicta ſit, non communicandi animo, ſed vtrique inſolidum: [i] ambigendum non eſt, ſi alteri ſit ſoluta, alterum nullum quidem ius in ipſam rem habere, ſed actionẽ de pretio integram eum habere.

XXI. PAVLVS *libro quarto Sententiarum.*

NVtu [k] etiam relinquitur fideicommiſſum, dummodo
B is nutu relinquat, qui & loqui [l] poteſt, [m] niſi ſuperueniẽs * morbus ei impedimento ſit.

*Hoc addit Tribo. ex.l. diſcretis. C. qui teſt. facer. poſſ. cũ tẽpore Pauli hæc exceptio nõ eſſet cognita.

Fideicommiſſum [n] relictum, & apud eum cui relictũ eſt, ex cauſa lucratiua inuentum, exſtingui placuit: [o] niſi defunctus æſtimationem quoq; eius præſtari voluit. Columnis ædium vel tignis per fideicõmiſſum relictis, ea tãtummodo ampliſſimus ordo † præſtari voluit, nulla æſtimationis facta mentione, quæ ſine do-
C mus iniuria auferri [p] poſſunt. [q]

† De ampliſſimo ordine pulchrè Budæ.ſ. de ſenato.l.vlt.

Si prima voluntas eſt derogatoria vltimæ, prima preualet: niſi per vltimam ſpecialiter reuocetur. Bartolus.

XXII. HERMOGENIANVS *libro quarto iuris Epitomarum.*

SI quis in principio † teſtamẽti adſcripſerit, *Cui bis legauero, ſemel deberi volo*: poſtea eodem teſtamento vel codicillis ſciens ſæpe eidem legauerit: ſuprema voluntas potior [r] habetur. Ne-
D mo enim [s] eam ſibi poteſt legem dicere, vt à priore ei recedere non liceat. Sed hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit prioris voluntatis ſibi * pœnituiſſe, & voluiſſe vt legatarius

† Facit ad hãc.l. c I. cũ glo. ſuper verbo, mortis circa me. reſpon. dicitur quod virum eſt. extra quod vi, met. cau. factum eſt.

* ſe

SI iure.] CASVS. Feci teſtamentum ſolemne: & in eo Titio reliqui centum. poſtea feci aliud teſtamentum non ſolemne, in quo reliqui eidem Titio vnum equum, vel etiam nihil reliqui ei in ſecundo. nũquid per ſecundum teſtamẽtum annihilatur illud quod Titio reliqui in primo. i. centũ? Et videtur quòd ſic: quia nuda voluntate etiam verba fideicommiſſi infirmãtur. ſed certè hoc non eſt verum in hoc caſu, quia veriſimile eſt ita demum me velle recedere à primo teſtamento, ſi ſecundum valeat, & nõ aliàs: & quia fideicõmiſſum equi relictum à me Titio in ſecundo teſtamento non ſolemni, non debetur ei Titio etiam ſi iidem heredes inſtituti à me in primo & ſecundo teſtamento extiterint mihi heredes ex priore teſtamento. ſi ergo non poteſt aliquo modo Titius habere legatum ſibi à me relictum in ſecundo teſtamẽto, quo modo auferri debet ei illud quod ei in primo reliqui? certè nullo modo. Viuianus.

†Cõcor. gl. in verbo reuocare, ibi, ſi primũ teſtamentũ ſit inter liberos, & cũ ipſe teſtator legẽ teſtandi ſibi dixit ſic: ſi fecero aliud teſtamentũ, non valeat. ca. licet R.põ. de cõſtitu.li.6.

a *Nolim ratum*. quod ſemper pręſumitur, niſi contrarium ſit liquidũ. Hu.

b *Quia*. & videbatur quòd ſic.

c *Nuda*. à ſermone. Azo. ad hoc. C. de fideicommiſſ. le. fideicõmiſſum. & infra de adimẽ. leg.l.ex parte.&.l.iiij.& de his qui. vt indig. leg. cùm quidam. &. ĵ. ad Trebel.l. ſi quis priore. & de ſupellec. leg.l. Labeo. & inſtitu. qui mo. teſta. infir.§.j.& facit ad hoc ſupra de mili. teſta. le. miles. §. ſi teſtamentum.

Fideicom. nuda voluntate infirmãtur.

d *Fideicommiſſa*. Nota nuda voluntate fideicõmiſſa infirmari.

e *Fortaſſis*. abundat.

f *Velim*. Nota ita demum à priori teſtamento recedi, ſi poſterius valeat. Accurſius.

SI tibi.] CASVS. Legaui tibi centũ vt facias foueam cuidam extraneo de Francia pone. petis centũ ab herede meo. dicit heres, non ſoluã tibi, niſi caueas mihi de cauea facienda. & tu dicis heredi, non teneor cauere: quia tua non intereſt quòd fouea fiat. certè iudicatur hîc quòd bene tenearis cauere ſi vis centũ. Viuianus.

g *Facias*. quod tamẽ ineptũ non ſit: vt.ſ.tit.ij.l.ſeruo legato.§.fina. item quod fieri non tui ſolius interſit: vt.ĵ. de condi. & demon.le. Titio.j.reſpon.& facit.ſ.de arbi.l. cum pœna. Accurſius.

h *Caueas*. No. omnino cauendũ: vt no.C.de iis quæ ſub modo.l. j. Sed contra.ĵ.titu.j.l. liberto.§. largius. vbi non cauetur. Solu. ibi Mæuius non legatarius, ſed legatarij miniſter erat. & facit.ſ. loca.l. ſi inſulam.§. finali.

SI res.] CASVS. Legaui Titio & Sempronio inſolidum equum meum. venit Titius ad heredem meũ, & fecit ſibi dari equum. certè Sempronius nihil habet dicere Titio qui habet equum: ſed habet integram actionem ad pretiũ equi contra heredem meum Sempronius. Viuianus.

i *Inſolidum*. hoc expreſſo à teſtatore: vt.ſ.titu.ij.l. ſi pluribus.&.ſ tit.j.l. qui duos.§. ſi is.&.ĵ. tit.ij.l. duos.&.C.de cadu. tollen.§. ſin autem diſiunctim.

NVtu etiam.] CASVS. Non ſolùm verbis, ſed & nutu poteſt fideicommiſſum relinqui, dummodo is qui nutu relinquit,
A loqui poſſit. niſi morbus ita eſt ei impedimento, vt loqui non poſſit, quia tunc valet fideicõmiſſum, ab eo nutu relictum. [FIDEICOMMISSVM.] Legaui Titio fundum Cornelianum: me mortuo inuenitur apud eum dictus fundus ex cauſa lucratiua. certè nõ poterit petere amplius ab herede niſi probet teſtatorem voluiſſe eum debere habere æſtimationem, & non fundum. [COLVMNIS.] Legaui Titio columnas vel tigna dom⁹ meæ. certè ea tigna & columnas tenetur heres meus ei dare, quæ poſſunt de domo extrahi ſine iniuria domus. & non præſtabit heres æſtimationem earum legatario. quæ ſi non poſſent à domo ſeparari ſine iniuria domus, præſtaretur æſtimatio earũ, & non ipſæ colũnæ vel marmora. Viuianus.

k *Nutu*. Nota ꝙ nutu legari vel fideicommitti poteſt, niſi ſit mutus à natura.

l *Loqui*. alioquin nullo modo fideicom. poteſt relinquere mutus, niſi ſuperueniens morbus &c. quaſi dicat, ſi à natura. i. à natiuitate ſit mutus & ſurdus, non poteſt. ſi ex accidenti, literarum peritus poteſt, non tamen nutu. ſi autem diſcretus ſit morbus, dic vt.C. qui teſta. fac. poſſ. diſcretis. & facit.C. de fideicommiſ.l. & in epiſtola.&.ĵ.de ſupel.leg.l.Labeo.

m *Poteſt*. i. loqui poſſet niſi eſſet impedimento morbus.

n *Fideicommiſſum*. facit ſ.tit.j.l. Mæuius.§. duobus. &.l.antepen.§. impuberem. &.ĵ. de acti. & oblig. le. omnes. & inſtit.eo.§.ſi res.

o *Placuit*. No. non poſſe cõcurrere duas cauſas lucratiuas in eundem.

p *Auferri*. Nota poſſe domo aliquid legari ꝓpter quod domus deſtruatur.

q *Poſſunt*. ſ.tit.ij.l. ſenatus.in princ. contra. Solu.ibi. Item facit in eo.tit.l.cætera. &.l. filiusfamilias.§. ædes. & ſupra eo.l. fideicõmiſſa.§. ſi quis illicitè.

SI quis in principio.] CASVS. Titius in capite teſtamenti ſui ita ſcripſit, cui bis legauero, ſemel deberi volo. poſtea in eodem teſtamento vel codicillis legauit Seio equum, & poſtea legauit eidem Seio codicem, & poſtea ita dixit, pœnitet me prioris volun-
E tatis quam ſcripſi in capite teſtamenti, & volo vt dictus Seius habeat dictum equum & codicem. nunquid habebit Seius equum & codicem? Et dicitur quòd ſic, non obſtante prima voluntate: quia Titius non potuit eam legem ſibi dicere vt ab ea ſibi recedere non liceat. [MILES.] Miles deſeruit militiam, propter quod damnatus fuit, & in ſententia ei permiſſum eſt vt teſtari poſſet. certè poterit teſtari, & fideicommiſſum relinquere. [MORTIS.] Reliqui tibi Stichum per fideicommiſſum, qui Stichus erat meus, vel non erat, non facio vim. antequam heres meus eſſet in mora dandi tibi, deceſſit dictus Stichus. certè damnum eſt tuum, & non heredis mei. Viuianus.

r *Potior*. ſi modo hoc exprimat, vt hîc ſubiicit. aliàs eſſet contra.ſ. de lega.j.l. ſi mihi & tibi.§. fina.

s *Nemo enim*. No. neminem ſibi poſſe legem imponere vt ab ea recedere non poſſit. Item not. quòd quantumcunque dicat teſta-

tor,nolo me poſſe reuocare hoc meum teſtamentum:nihilominus poteſt reuocare,ſi modo hoc exprimat in vltimo teſtamento.

a Accipiat. aliàs prima voluntas quaſi vltima valet : vt hîc,&.d.l.ſi mihi.§.fin.&.l.ſi ita.Sed contra.ſ.titu.j.l.fin.in princ.Solu.ibi. Item contra.ſ.de codicil.l.diuus.§.licèt.Solu.valet quidem,vt ibi dicitur. ſed ſi agitur, obſtat except. Vel diſtingue an in eodẽ teſtamento fiat hæc determinatio,quæ quaſi ademptio eſt, in quo poſtea legat : ſicut & ſupra de lega.j.l.ſi ita ſit adſcriptum. dixit.illud non multum placet,vt dicam:hîc determinauit antequam legaret, vnde facilius impeditur legatũ. an poſtquam legauit.nam & ibi facta videtur antè : quia dicit, nam ea quæ poſtea,&c.Vel ſolue vt ibi. Item quid ſi dicat, nolo valere ſi quod teſtamentum fecero? Reſpon.hæc lex locum habet. Item quid ſi dicat, nolo valere ſi quod fecero, niſi fiat illo vel illo modo, vel niſi tales ſint teſtes, vel niſi expreſſim hęc verba repetantur? Reſpon.ſemper videtur quòd habet locum hæc lex quòd valeat primũ:niſi ſpecialiter reuocetur primum per ſecundũ.tunc enim primum vitiatur. argu. C. de teſt. auth.hoc inter.ſuper. l. hac conſultiſſima.& argu.j.de verbo.obliga.l.qui Romæ. §. Flauius. Item no.hîc arg.pro reſcriptis vel priuilegiis contra legem quòd valeant ſi dicat princeps:non obſtãte,&c.vt C. de teſta.auth.hoc inter.ſuper.l.hac conſultiſſima.& C.ſi contra ius.l.fi.no. Itẽ facit ſupra de vulg.ſubſti.l.ſi quis eum.& de legi.& ſenatuſcon.l.non eſt.&.ſ.famil.erciſ.l. ex parte.§.fina.& ſupra de dona.cau.mor.l.ſi alienam rem. Sed argu.contra in eo.titu.l.vbi ita. Item no.ex ſola ſcientia non præſumi voluntatem. Sed argu.contra ſupra de vſu & ha.l.plenum.§.equitij.&.C.de teſta.mili.l.ſicut.

* Vul.editio habet,verecundum eſt. Sed parum intereſt vtro modo legas,inquit Ant.Aug.li. 1.c.3.

† Vnde Claudianus,In commune iubes ſiquid,cenſeſve tenẽdum, Primus iuſſa ſubi, &c.

plura legata accipiat.[a] Miles, in eũ ex militari delicto capitali dicta ſententia, permittente eo in ipſa ſentẽtia qui damnauit, ſicut teſtamenti faciendi, ita fideicommiſſi relinquendi poteſtatem cõſequitur.[b] Mortis damnum per fideicommiſſum ſerui relicti, antequam mora fiat, fideicommiſſarius ſolus patitur,[c] licèt alien⁹ relinquatur.

B

XXIII. PAVLVS *libro quinto Sententiarum.*

EX imperfecto teſtamento legata vel fideicommiſſa imperatorẽ vindicare,inuerecũdũ[d] * eſt. decet[e] enim tantæ maieſtati eas ſeruare leges,† quibus ipſe ſolutus eſſe videtur.

XXIIII. NERATIVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

C

CReditori[f] ita poteſt legari, ne indebitum ab eo repetetur.

XXV. PAVLVS *libro primo ad Neratium.*

I*Lle aut ille heres Seio centum dato.* poteſt Seius ab vtro[g] velit petere.[h] Cùm in verbis nulla ambiguitas eſt, non debet admitti voluntatis quæſtio.[i]

b Conſequitur. facit.ſ.de mili.teſt.l.ex militari.& ſupra de dona.inter vi.& vxo.l.cum hic ſtatus.§.ſi miles.&.ſ.de iniuſto teſta.l.ſi quis exheredato.§.irritum.& no.C.de teſta.mili.l.& militibus.

c Patitur.vt nec æſtimatio debeatur,ſecus ſi poſt moram decedat. ſic &.ſ.tit.ij.l.cùm res.§.fin.&.ſ.tit.j.l.ſi quis ſeruo.& infra de verb. oblig.l.ſi ex legati.Item facit ſupra tit.ij.l.ſi filiusfamilias.in fin.

EX imperfecto.] CASVS. Titius reliquit imperatori legatum vel fideicommiſſum in teſtamento ſuo non iure facto. Certè non debet capere imperator:quia verecundia eſſet imperatori non ſeruare leges,quamuis ipſe legibus ſit ſolutus. Viuianus.

d Inuerecundum.id eſt,valde verecundũ.ſic ſupra de liberis & poſthu.l.Gallus.§.ille.& facit. C. de teſt.l.iij.& qui teſtamen.face.poſ.l. cum heres.& inſtit.quibus mod.teſt.infirmen.§.fin.&.C.de legi.& con.l.digna.&.ſ.de iud.l.non quicquid.

e Decet.No.decet tantæ maieſtati eas leges ſeruare,quibus ipſe ſolutus eſſe videtur.[a]

a] Concor. gloſ.in.c.1. de conſtitu. lib.6.& in.c. inter cætera.16.q.3.

CReditori.] CASVS. Titio debebam decem.ipſe fecit mihi pactum de non petendo.poſtea feci teſtamẽtum,& legaui ei dicta decem.poſta heres meus ſoluit ei dicta decem. Certè non poterit heres meus ab eo repetere dicta decem quaſi indebita,quamuis ego habueram contra eum exceptionem perpetuam & fauorabilem.ſ.prædicti pacti.&.h.d.licèt obſcurè.Viuianus.

f Creditori.dic putatiuo,cum iam eſt ſolutum indebitum,& ſic factus eſt debitor. vel dic creditori vero,contra quem debitor habet exceptionem fauorabilem:vt mulier Velleiani.nam ſiue iã ſoluerit mulier, valet legatum,vt hîc,ne condicat heres cõdictione indebiti.ſiue non ſoluerit,tenetur heres ſoluere,& ſolutum non repetere: quod repeteret aliàs:vt ſupra de condic.inde.l.qui exceptionem.

A

ILle.] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Gaiũ:& ita poſtea dixi, Titius prædictus aut Gaius dent Seio centum. certè poteſt petere Seius cẽtum à quo eorũ vult.Secundò dicit,pone quòd Titio legaui centum libras Bononinorum paruorum.certè iſta verba certum habẽt ſenſum:& ideò non debemus recurrere ad interpretandam volũtatem mei teſtatoris. in certis enim non eſt locus cõiecturis. Viuianus.

g Ab vtro. id eſt,à quo velit.

h Petere. vt &.ſ.titu.ij. l.ſi ex toto.§.j.& facit.ſ. tit.j. l. ſi Titio aut Seio. & ſic aut,pro & : vt.C. de verb.ſign.l.pe.

i Quæſtio. vt.j.e.l.non aliter. & facit. C. de fideicommiſſ.l. voluntatis.&.ſ.de teſt.heredes. §.pe.&.j.de ſup.leg.Labeo. &.j.de auro & argen.lega.l.pediculis.Accurſius.

In vulg.eſt lex Paulo Callinico, ſed perperam ibi legitur Paulo.

XXVI. IDEM *libro ſecundo ad Neratium.*

IS qui fideicommiſſum debet, poſt moram[k] non tantum fructus,ſed etiam omne damnũ quo adfectus eſt fideicommiſſarius,[l] præſtare cogitur.

Legatũ filiæ in teſtamento non reuocatur per legatum factũ patri in codicillis. Bartolus.

XXVII. IDEM *libro 2. Decretorum.*

PAula Callinico ex parte herede inſtituto, filiæ eiuſdem[m] Iubẽtianæ cum in familia nupſiſſet,decem teſtamẽto legauit: deinde poſt tẽpus codicillis factis, cẽtum eidem Callinico reliquerat,[n] non adiecto,[o] *hoc amplius.* Pronuntiauit[p] vtramque ſummam[q] deberi, maximè cum in codicillis filiæ Callinici nihil legatum fuiſſet.

C

Si teſtator iubet aliquem eſſe contẽtum aliqua certa re pro his quæ in teſtamento reliquerat:intelligitur de relictis purè,non ſub cõditiõe.h.d.iſte notabilis.§.Bar.

Pompeius Hermippus filium Hermippum ex dodrante,filiam Titianam ex quadrante heredes inſtituerat, & prædia cer-

IS qui.] CASVS. Centum per fideicõmiſſum Titio reliqui,vel etiam fundum.me mortuo heres meus fuit in mora ſoluẽdi Titio.certè tenetur heres pręſtare Titio fructus, & etiã omne damnum quòd ſuſtinuit Titius ex eo quod ſibi per heredem ſatiſfactum non eſt.Viuia.

k Poſt moram. facit.ſ.e. l.ſi quis in principio teſtamenti.in.§.fi.&.ſ. de vſur.l. equis. & de vſufru.l. ſi vſusfructus. &. l. quæſitum. &.ſ.ti.ij.l. apud. §. itẽ. &. infra de adimẽ.leg.l. cùm vnus. §.verbis.&.j.de an.leg.l.ij.&.C.de vſufru.l.ſi pater.

l Fideicommiſſarius. vt quia res periit. ſecus ſi in rebus ſuis propriis patiatur damnum.Accurſius.

D

PAula.] CASVS. Paula inſtituit ſibi heredem Callinicum : & in eodem teſtamento legauit Iubentianæ filiæ eiuſdem Callinici decem,cùm ipſa Iubentiana nupſiſſet in familia ipſius Paulæ teſtatricis.Poſtea fecit dicta Paula codicillos,& reliquit per pręlegationem centum eidem Callinico,& in ipſo prælegato non dixit Paula, hoc amplius quàm Paulum Callinicum pro parte dimidia heredem inſtitueram,centum ei relinquo.ſed ita ſimpliciter dixit,cẽtum ei relinquo. certè de legato de centum Callinico in codicillis relicto dubium nõ eſt quin debeatur.ſed eſt dubium de decem Iubentianæ relictis. nam videbatur quibuſdam coram iudice allegãtibus pro heredibus Paulæ, quòd non debeantur,quia legatũ prædictum de decem Iubentianæ relictum, fuit adquiſitum Callinico,cùm Iubentiana eſſet in ſua poteſtate.legando ergo poſtea Callinico centum,non adiiciendo,hoc amplius:videbatur reuocatum legatum de decem ſecundum eos.iudex tamen prędictus pronuntiauit & bene Callinico deberi decem & centum.

m Eiuſdem. ſcilicet Callinici.

E

n Reliquerat. per præceptionem.

o Non adiecto. nam præter hæc. c. nihil in codicillis fuerat relictũ. Azo. ſecundum R.idem eſt ſi aliud quid, non tamen animo mutãdæ primæ voluntatis:vt ſupra eo.l.ſi iure.

p Pronuntiaui. * ſ.ego Paulus auctor huius.l.

* Flo. pronuntiauit.

q Summam. i.præceptionem & filiæ legatum.

Pompeius.] CASVS. Pompeius Hermippus fecit teſtamentum,& filium ſuum Hermippum nomine inſtituit ſibi heredem in nouẽ vnciis hereditatis ſuæ.& filiam ſuam nomine Titianam inſtituit heredem in tribus vnciis : & poſtea prælegauit cuilibet eorum certa prædia . poſtea ita in eodem teſtamento dixit, rogo filium meum Hermippum quòd det filiæ meæ prædictæ Titianæ poſſeſſionem meam quam habeo ad burgum Panicalem, ſi ipſe Hermippus deceſſerit ſine liberis.facto hoc teſtamento fecit codicillos,& in eis reliquit filiæ prædium Titianum & Cornelianum quæ habebat ad Bixanum, & poſtea ſubiunxit in eiſdem codicillis, quòd volebat

dictam

dictam ſuam filiam eſſe contentam dicto prædio Titiano & Corneliano pro illis tribus vnciis hereditatis quas ei dederat in teſtamento prædicto, & pro his quæ in teſtamento prædicto eidem filię reliquerat. poſtea prędictus filius teſtatoris nomine Hermippus commiſit maleficium propter quod bona ſua peruenerunt in fiſcum. Titiana prædicta ſoror Hermippi cœpit agere contra fiſcum heredem dicti ſui fratris, & petiit ab eo fiſco dictam poſſeſſionem poſitam ad burgum Panicalem relictã ſibi in teſtamento per fideicommiſſum ſi dict⁹ ſuus frater ſine liberis decederet. fiſcus autẽ, ſiue ille qui pro fiſco allegabat, taliter reſpõdebat, non ſolùm non potes à me petere partem hereditatis tibi relictam in teſtamento, ſed etiam nõ potes petere dictã poſſeſſionem ad burgum Panicalem poſitã: quia teſtator voluit te eſſe contentã prædio Titiano & Corneliano quod erat ad Bixanũ, pro parte hereditatis tuæ, & ꝑ his quæ in teſtamento tibi reliquit in codicillis ſupra nominatis. Titiana autem reſpondit ita, teſtator ademiſſe mihi videtur in codicillis ea ſola quæ viuente fratre meo acceptura eram. i. partem meam hereditatis, & prædia mihi pręlegata in teſtamẽto. non autem videtur mihi ademiſſe illud quod habere debebam poſt mortẽ fratris mei ſi ſine liberis decederet id eſt, fideicommiſſum quod à te fiſco peto. quęritur quid iuris ſit? Et reſpondetur quòd de iuris rigore fiſcus melius allegat, de ęquitate autem melius allegat Titiana. & ita pronuntiauit ſecundum ęquitatem iudex ſuper hoc aditus. Viuianus.

† Flo. eáque Iulio. in Vati exempl. additur à, ſic, à Iulio Mauro diſpunximus etiam poſt, ab eo, vt in Vaticano eſt diſpunctum.

ta ſingulis prelegauerat. præterea ſi ſine liberis Hermippus moreretur, aliam poſſeſſionẽ filiæ dari iuſſerat. poſt teſtamentum factis codicillis filiæ certa prędia dederat, eámque his contentã eſſe voluit pro omni hereditate, & his quæ in teſtamento [a] reliquerat. Hermippi bona ad fiſcum peruenerant: Titiana ſoror fideicommiſſum petebat. Quærebatur, vtrum pro hereditate [b] tãtum, an & pro his quæ poſt mortem frater rogatus erat reſtituere, pater eam voluiſſet accipere ea quæ codicillis reliquerat. Mihi [c] ab omni volũtate receſſum videbatur. [d] Placuit humani⁹ interpretari, ea ſola quæ viuente fratre acceptura erat, adempta videri, nõ etiã [e] quę poſt mortem eius reliquerat, ſi ſine liberis decederet. & ita ꝓnuntiauit. [f]

Si debitum demonſtratur vnde ſoluatur, ſeu vt ex eo fiat ſolutio, nõ videtur grauatus debitor, ſed heres. Bartolus.

Iulianus Seuerus decedens, inſtitutis quibuſdam heredibus, alumno ſuo quinquaginta legauerat: eáque † [à] Iulio Mauro colono ſuo ex pẽſionibus fundi debitis ab eo, præſtari voluerat, eidémque Mauro quædã legauerat. Cùm de hereditate [g] fiſcus quæſtionem mouiſſet, iuſſu procuratoris Maurus pecuniam fiſco ſoluerat: poſtea heres ſcriptus obtinuerat aduerſus fiſcum. alũno autem mortuo, heres eius [h] fideicõmiſſum ab herede Mauri [i] petebat. Placuit imperatori, non videri eius fidei commiſſum, ſed demonſtratum vnde accipere [k] poſſet: & ideò heres Seueri hæc præſtare debet.

XXVIII. Idem *libro ſingulari ad Senatuſconſultum Tertullianum.*

Si fidei meæ committatur, [l] vt quod mihi relictum fuerit ſupra quod capere poſſum, alij reſtituam: poſſe me id capere conſtat.

Duo adiectiua prolata reſpectu generis verificant diſpoſitionem in altero, licèt vtriuſque veritas non concurrat. Bartolus.

XXIX. Labeo *libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

Qvi concubinam habebat, ei veſtem prioris concubinæ vtendam dederat: deinde ita legauit, *Veſtem quæ eius cauſa empta, parata eſſet.* Caſcellius, Trebatius, negant ei deberi prioris

a *In teſtamento reliquerat.* hîc oritur dubitatio.

b *Pro hereditate tantùm.* ſubaudi, & pro legato in vita fratris.

c *Mihi.* Paulo auctori huius legis.

d *Videbatur.* quò ad verborum anguſtias, vel prima facie.

e *Non etiam.* ſed certè imò & futura vidẽtur adimi: vt infra de verbo. oblig. l. qui Romę. §. fin. quę eſt contra. vbi duo fratres hereditatem communem diuidentes, & promittentes non venire contra, etiam ratione fideicommiſ. futuri non poſſunt venire contra. Solut. ibi rigor, hîc æquitas. vel hîc benignius inter filios quàm ibi inter fratres. nam vt ait R. enixo imò ardenti deſiderio parentum inſpecto, & voto & charitate tranſmittendarum ad liberos facultatũ ſic princeps interpretatur: vt hîc, & argu. C. de inſtitu. & ſubſtit. l. generaliter. §. cùm autem. vel aliud in contractu, vt ibi, quàm in vltima voluntate, vt hîc.

f *Pronuntiauit.* ſ. imperator vel eius procurator qui inter fiſcum & dictam filiam cognoſcit, illa agente actione ex teſtamento. Aliàs, pronunciaui, ego.

*Iulianus.*] CASVS. Iulianus Seuerus in articulo mortis exiſtens fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Titiũ & Seium, & Caio alumnò ſuo legauit quinquaginta, & ita dixit: volo dicta quinquaginta præſtari & dari Caio prædicto per Iulium Maurum colonũ meũ, qui Iulius debet mihi quinquaginta ex pẽſionibus fundi mei Corneliani quem colit & coluit: & eidẽ Mauro colono lego Codicem & Digeſtum meum. mortuo dicto teſtatore, & poſſidẽtibus dictis ſuis heredibus hereditatẽ ſuam, vocauit procurator fiſci dictos heredes corã procuratore Cæſaris, & petiit per libellum hereditatẽ dicti teſtatoris fortè, ideò quia dicebat dictũ teſtatorẽ commiſiſſe in legem Iuliam maieſtatis, pendente lite, corã procuratore Cæſaris. procedit dictus procurator Cæſaris cum dicto Mauro colono vt ſolueret fiſco dicta quinquaginta quæ debebat idem Maurus prædicto teſtatori pro penſione fundi dicti. poſtmodum procuratore fiſci non probante dictum teſtatorem in legem Iuliã maieſtatis commiſſa, obtinuerunt heredes prędicti cõtra fiſcum, & ſic retinuerũt dictam hereditatem. poſtea deceſſit Caius alumnus teſtatoris prędictus, & habuit hereditatẽ. & poſtea deceſſit Maurus colonus prędictus, & habuit hereditatem. venit heres Caij Baili, cui Caio legata fuerunt quinquaginta, vt dictũ eſt, & petiit ea quinquaginta ab herede Mauri coloni, ideò quia teſtator dixit cũ legauit ea Caio Bailo, volo dicta. l. dari Caio per Iulium Maurum colonũ meũ: qui Iulius debet mihi quinquaginta ex pẽſionibus fundi mei Corneliani quẽ colet & coluit. nũquid poteſt petere ab herede Mauri coloni? Et dicitur ꝙ non: quia non videtur fidei Mauri coloni cõmiſſum vt præſtaret Bailo quinquagĩta, ſed demõſtrauit teſtator vnde Bailus accipere poſſet legatũ ſibi relictũ. heredes ergo teſtatoris. ſ. Titius & Seius prædicti præſtare debent dicto Bailo dicta quinquaginta, & ea repetent à fiſco, cui fiſco ſoluta ſunt ꝑ Maurum colonũ iuſſu procuratoris Cæſaris pendente lite coram eo inter dictos heredes, & procuratorem fiſci: vt dictum eſt ſupra. Viuia.

g *Cum de hereditate.* ſcilicet Seueri.

h *Eius.* ſcilicet coloni, aliàs alumni,

i *Ab herede Mauri.* id eſt, alumni.

k *Vnde accipere.* ſ. ſine incommodo rei familiaris: vt & ſupra titu. ij. l. quidam. in princ. & facit ad hoc infra de cond. & demonſt. l. in conditionibus. Sed contra ſupra tit. j. l. antepe. §. ciuibus. Solu. ibi. Item quare non tenetur vt legatarij? quædam enim alia erãt in auro legata. Reſpon. quia non vt à legatario, ſed vt à debitore fuit ab eo relictum: vt patet ex verbis. ſed certè etiam à debitore poteſt legari: vt ſupra titu. ij. l. ſi pecuniam. & l. ſi ſeruus legatus. §. pen. Sed reſpon. coactus fuit per iudicem ſoluere alij, vel non agnouit legatum liberationis tacitè ei relictæ opponendo exceptionem: vt no. in. d. l. ſi pecuniam.

*Si fidei.*] CASVS. Scias quòd filius naturalis tantùm non poteſt capere de bonis patris vltra vnam vnciam filiis legitimis & naturalibus extantibus: vt in auth. qui. mo. nat. effi. ſui. §. diſcretis. Pone ergo quòd filio meo naturali tantùm reliqui ſex vncias de bonis meis, & rogaui eum vt Titio capaci reſtitueret. certè quamuis non poſſit ſex vncias ad ſuam vtilitatem, tamen capiet propter vtilitatem Titij. Viuianus.

l *Committatur.* dic caſum & concordantias vt ſupra tit. j. l. cùm rei. Accurſius.

*Qvi concubinam.*] CASVS. Titiam habui concubinam, & eam expuli, & retinui veſtes mihi quas parauerã eius cauſa. poſtea accepi ſecundam concubinam, & veſtes prioris ei vtendas dedi: & poſtea feci teſtamentum, & legaui dictæ ſecundæ concubinæ veſtem quæ eius ſecundæ concubinæ cauſa empta parata eſſet. quæritur, nunquid dictæ veſtes quæ fuerunt primę concubinę, videantur legatæ ſecundæ per dicta verba? & Caſcellius, Trebatius dixerũt quòd non. aliud eſt enim in vxore ſecunda cui maritus tali modò legaſſet, cui quidem bene deberentur veſtes prioris vxoris: & aliud eſt in concubina ſecundum dictum Caſcellium, Trebatium. Labeo autem dicit quod ſic, & non approbat prædictam

diſtinctionem inter vxorem & concubinam, imò idem iuris dicit eſſe in concubina quod in vxore, & idem in qualibet alia perſona cui tali modo legatum eſſet. & ſententia Labeonis eſt vera. Viuian.

a *Quia alia.* q.d. iam video aliud in vxore ſecunda cui ſic legatur. vt. j. eo. l. ſi quis eorum. ſed differunt ſecundum iſtos.

b *Non probat.* ſ. diſtinctionem inter vxorē & cōcubinam. nam idem erit in vtraque: vt hîc, & infra eo. l. item legato. § parui.

c *Non ius vxorium.* q.d. non debet vxori quia ſit vxor, ſed quia verba portant. ſunt enim eius cauſa parata, licèt fuerint cauſa primæ parata.

*Cùm ita.*] CASVS. Inſtitui mihi vnum heredem in quinque vnciis, alium in quatuor, & alium in tribus. poſtea ita dixi: volo quòd vxor mea habeat quātum vnus de heredibus meis. nunquid habebit vxor quinque vncias, an tres? & dicitur quòd tres tātum. Sentētia autem Quinti Mucij & Galli eſt reprobata, qui dixerunt eā debere habere quinque. Viuian⁹.

d *Eſſet.* vt & .j. de except. rei iudi. l. ſi quis cū eo. & .j. de verb. obliga. l. j. §. ex contrario.

e *Minor.* Nota, maiori ſummæ ineſt minor.

f *Daret.* conſonat. ſ. ti. ij. l. ſi ita ſit adſcriptum. in fin. & .l. apud. §. Seio. & .ſ. tit. j. l. ſi ita relictū. in prin. & .§. fin. Sed cōtra. .j. de auro & argen. lega. l. qui lācem. Solu. vt ibi.

* Iſtum tex. inquantum dicit verbū peruenit, eſſe cum effectu intelligendum: limitabis per tex. in. l. 2. §. perueniſſe. ſ. de her. vel act. ven. vt non procedat in contractibus & vlt. vol. niſi deductis expenſis.

*Cùm ita.*] CASVS. Titius inſtituit me heredem, & de hereditate ſua peruenerunt ad me cētum libræ, & ego heres ſcripſi in libro rationum mearū. poſtea feci teſtamentum, & ita dixi: quanta pecunia ex hereditate Titij ad me peruenit, tātam pecuniam heres meus Seio dato. certè illud videor Seio legaſſe quod poſui in dicto meo libro rationum, id eſt, centum prædicta. Sed nunquid cum heres meus ſoluit dicta cētum Seio, tenetur Seius ei cauere de conſeruando eū heredem quantū eſt pro centum libris prædictis, indēnem ſi nomine dictæ Titianæ hereditatis in aliquo heres meus damnatus eſſet alicui? quidam dixerūt quòd nō: ſed verius eſt quòd ſic. Viuianus.

concubinæ cauſa parata: quia alia [a] conditio eſſet in vxore. Labeo id non probat, [b] quia in eiuſmodi legato non ius vxorium [c] ſequendum, ſed verborum interpretatio eſſet facienda: idémque vel in filia, vel ī qualibet alia perſona iuris eſſet. Labeonis ſententia vera eſt.

In dubio aſſumimus quod eſt minus. Bartolus.

Cùm ita legatum eſſet, [d] vt Titia vxor mea tantandem partem habeat, quantulam vnus heres: ſi non æquales partes eſſent heredum, Quintus Mucius & Gallus putabāt maximam partem legatam eſſe, quia in maiore minor [e] quoque ineſſet. Seruius, Ofilius, minimam: quia cùm heres dare damnatus eſſet, in poteſtate eius eſſet, quam partē daret. [f] Labeo hoc probat: idque verum eſt.

Verbum, perueniſſe ſeu peruenerit, intelligitur cū effectu. Bart.

Cùm ita legatum eſſet, *Quanta pecunia ex hereditate Titij ad me* [g] *peruenit*, * *tantam pecuniā heres meus Seiæ dato*: id legatū putat Labeo, quod acceptum in tabulis [h] ſuis ex ea hereditate teſtator retuliſſet. cęterùm negat cauendum heredi à legatario, ſi quid fortè poſt ea eius hereditatis nomine heres damnatus [i] eſſet. ego contra puto: quia non poteſt videri perueniſſe ad heredem, quod eius hereditatis nomine præſtaturus [k] eſſet. Idem Alfenus Varus Seruio placuiſſe ſcribit, quod & verū eſt.

In legato generis ab herede debetur euictio: itē qui ex cauſa lucratiua eſt habitur⁹ regreſſum de euictione, debet antè iudiciū acceptū denuntiationē facere. Bar.

g *Ad me.* Sempronius fecit teſtamentum, quo legauit Seio quicquid habuerat à Titio.

h *In tabulis.* id eſt, quod in libro rationum ſcripſit Sempronius habuiſſe à Titio.

i *Damnatus.* i. ſi velit heres ſibi caueri à legatario hoc modo, caueas mihi de reddendo ſi teſtator cui extiti heres, fuit grauatus à ſuo teſtatore aliquid dare propter illud legatum ei relictum.

k *Præſtaturus.* ſic. .j. ad Treb. l. cogi. §. ſed & ſi quis. circa princi. & .j. de verb. ſign. l. aliud. & .ſ. de here. vend. l. ij. §. illud

*Si heres.*] CASVS. Legaui tibi ſeruū in genere, poſtea heres meus tradidit tibi Stichum, & poſtea Stichus tibi euictus eſt ab aliquo. nunquid tenetur heres ex teſtamento adhuc? Et dicitur quòd ſic, ſi tu legatarius eidē denuntiaſti quòd Stichi prædicti nomine mouebatur tibi quæſtio, vel agenti tibi ex teſtamento contra heredem opponet doli exceptionem. Viuianus.

l *Si heres.* cōſtrue, ſi heres tibi Stichum tradiderit, & hoc dico, ſeruo, &c. ſic ſunt ablatiui abſoluti.

A m *Legato.* vel etiam promiſſo: vt. ſ. tit. ij. l. qui legata.

n *Ex teſtamento.* hoc magis ex obligationis qualitate quàm genere: qui ti. procedit quaſi plenè tradita, ſed poſtea euicta. ex quacúque enim cauſa genus ſit debitum, non aliter contingit liberatio, quàm ſi res accipientis facta fuerit, ſecundum R. vt. & infra de ſolut. l. qui res. in princi & .l. cum quis. §. qui hominē. & hîc ſubiicit, quia, &c. ſecus ſi in ſpecie legatum ſit: quia tale quale eſt, datur: vt ſupra titu. ij. l. ſi à ſubſtituto.

o *Heres dediſſe.* ſ. tali ca ſu in genere. Item contra. ſ. titu. j. l. cùm pater. §. euictis. Solu. ibi. Item contra. .j. de vſufru. leg. l. Sticho. Solu. ibi. & facit. ſ. de euic. l. heres. & de condic. inde. l. elegāter. §. penul.

p *Non poſſis.* No. nō videtur dari quod ita datur vt nō poſſit retineri ab eo cui traditur.

q *Iudicium.* i. ſententia, dummodò non minus propriè: & ſic non eſt cōtra. ſ. de euic. l. ſi rem quam. §. fi. vel dic vt ibi. & facit. C. de euic. l. emptor. Accurſius.

Si heres [l] tibi, ſeruo generaliter legato, [m] Stichum tradiderit, iſque à te euictus fuiſſet, poſſe te ex teſtamēto [n] agere Labeo ſcribit: quia non videtur heres dediſſe [o] quod ita dederat, vt habere non poſſis. [p] & hoc verum puto. Sed hoc amplius ait, debere te prius quàm iudiciū [q] accipiatur, denūtiare heredi. nam ſi aliter feceris, agēti ex teſtamento opponetur tibi doli mali exceptio.

B

Pluralitas geminat duas ſingularitates. h.d. concordat. l. falſa. in fine de conditionibus & demonſtrationibus. Bartolus.

C *Si Stichus & Dama ſerui mei in poteſtate mea erūt cum moriar, tum Stichus & Dama liberi ſunto, & fundū illum ſibi habento.* Si alterum ex his poſt teſtamentum factum dominus alienaſſet, vel manumiſiſſet: neutrum liberum futurum [r] Labeo putat: ſed Tubero eū qui remāſiſſet in poteſtate, liberum futurum, & legatum habiturū [ſ] putat. Tuberonis ſententiā volūtati defuncti magis puto cōuenire. [t]

XXX. IDEM *libro ſecundo Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

D QVi quatuor [u] pocula oleaginea * [x] habebat, [y] ita legauit: *Pocula oleaginea paria* [z] *duo.* Reſpondi vnum par legatum eſſe: quia non [a] ita eſſet, *Bina paria.* [b] neque ita, *Poculorum paria duo.* Idem & Tre-

*Si Stichus.*] CASVS. Titius ita dixit in teſtamento ſuo, ſi Stichus & Dama ſerui mei in poteſtate mea erunt cum moriar, tunc dictus Stich⁹ & Dama liberi ſint, & fundum meū Titianum habeāt. poſtea facto teſtamento alienauit vel manumiſit teſtator vnum ex eis, puta Stichū. nunquid Dama qui remanſit in poteſtate, erit liber, & habebit legatum? Et dicitur quòd ſic, quāuis Labeo diceret cōtrarium. Viuianus.

r *Neutrum liberum futurum.* ſ. ex teſtamento.

ſ *Et legatum habiturum.* ſcilicet maximè. nam & manumiſſus habebit legatum, cum nō eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe adimere legatum ei cui libertatem donare feſtinauit. & ſic non eſt contra. ſ. de here. inſtit. l. talem. §. ſi quis. quia ex eo quod eſt ibi, ſuppletur quod hîc deficit. vel ſolue vt ibi. Item facit. ſ. de leg. j. l. vj. & .j. de auro & arg. le. l. ſcribit. §. item. & ſupra de condit. inſtit. l. ij. item not. hîc quòd pluralis locutio geminat ſingularem ſignificationem. ſic. .j. de condit. & demon. l. falſa. §. fin. Sed argu. contra. C. de impu. & ali. ſubſtit. l. quamuis.

* In vulg. eſt pars legis præcedentis, & paragraphus. Qui quatuor, perperam. Ant. Aug. li. 3. c. 1. In archetypo eſt oleagine. vt notat Taur. in adnot. in quibuſdam manuſcri. oleagena, in alio oleagina.

E t *Conuenire*, ergo præualet: vt. d. l. falſa. Accurſius.

QVi quatuor.] CASVS. Ego habens quatuor pocula ad reponendum oleum apta, ita legaui: Lego Titio pocula oleaginea paria duo. quæritur, nunquid videar legaſſe vnum par poculorum tantùm, an verò omnia quatuor pocula? Et dicitur quòd vnum par tantùm videor legaſſe. ſecus autem ſi ita legaſſem, lego Titio bina paria poculorum: vel ita, poculorum paria duo: quia tūc bene viderer legaſſe omnia quatuor pocula mea. Viuianus.

u *Qui quatuor.* aliàs. l. aliàs. §.

x *Oleaginea.* id eſt, plena oleo, vel apta ad oleum reponendum vel tenendum. H.

y *Habebat.* aliàs paria habebat. & dic paria, id eſt, æqualia.

z *Paria duo.* id eſt, duo pocula.

a *Quia non ita eſſet.* ſcilicet legatum.

b *Bina paria.* id eſt, quatuor.

*Qui hortos.*

Qui hortos.] CASVS. Quoſdam hortos à repub. Bononiæ conduxi vſque ad quinquennium, & conſtitui ei dare pro mercede quolibet an. xx. poſtea feci teſtamentum, & legaui Aufidio per fideicom. fructus dictorum hortorum qui ex eis colligentur vſque ad dictũ quinquennium: & damnaui heredem meũ vt daret dicto Aufidio dictam conductionem hortorum, & quòd fineret eũ vti frui dictis hortis vſq; ad dictum tempus. certè tenetur heres meus ſoluere dictam mercedem reipub. & tenetur dimittere frui dictis hortis dictum Aufidium. Vi.

batius. Qui hortos publicos à republica conductos [a] habebat, eorum hortorum fructus vſque ad luſtrum quo conducti eſſent, Aufidio legauerat: & heredem eam conditionem [b] eorum hortorum ei dare damnauerat, [c] ſinereque vti eum & frui. Reſpondi, heredem teneri ſinere frui. hoc amplius heredem mercedẽ quoque hortorum reipublicæ præſtaturum. [d]

Cõditio appoſita libertati videtur appoſita legato. Bartolus.

Cùm teſtamento ſcriptum eſſet, *Sticho ſeruo meo heres quinque dato: & ſi Stichus heredi meo biennium ſeruierit, liber eſto*: poſt biennium legatum deberi exiſtimo: [e] quia in id tempus & libertas & legatum referri deberet. quod & Trebatius reſpondit.

Si fundum mihi vendere certo pretio damnatus es, nullũ fructũ eius rei ea venditione excipere tibi liberum erit: [f] quia id pretium ad totam cauſam [g] fundi pertinet. Qui fundum mandatu meo in ſocietate mihi & ſibi emerat, deinde eum finibus diuiſerat: & prius quàm mihi traderet, ita eum tibi legauerat: *Fundum meum illi do*. Negaui amplius partẽ deberi: quia veriſimile non eſſet ita teſtatum eſſe patremfamilias, vt mandati heres eius damnaretur. [h]

a *Conductos.* mercede in pecunia cõſtituta. & propria eſt locutio: vt. ſ. depoſiti. l. j. §. ſi quis ſeruum.

b *Conductionem.* aliàs conductionem: aliàs cõditionem.

c *Damnauerat.* id eſt, permittas ei ſic frui ac ſi cõduxiſſet.

d *Præſtaturum.* imò cõductor: vt ſupra de vſufruct. l. hactenus. & l. ſi pendẽtes. §. ſi quid cloacarij. & infra de vſufru. lega. quæro. Solu. ſi cõductor hic ſolueret, nil vel quaſi nihil contineretur in legato: argu. ſ. titu. j. l. ſi res. vel refert pro fructibus, vt hîc: an ex fructibus pẽſio præſtetur: vt ibi. & facit. j̃. eo. l. his verbis. §. fina. & ſupra titu. ij. l. apud Iulianum. §. heres. & arg. ſ. de ſerui. vrba. prædio. l. binas. & ſ. ſi vſuſfru. pe. l. j.

Cum in teſtamento.] CASVS. In teſtamẽto meo ita dixi, Sticho ſeruo meo heres quinque dato: & ſi dictus Stichus ſeruierit heredi meo p bienniũ, liber eſto. certè non debetur Sticho legatum prædictum niſi poſt biẽnium, ad hoc vt ſi ſeruierit heredi poſt biennium, habeat libertatem & legatum: aliàs ſi diceremus antè biennium ei legatum deberi, periret legatum. Viuianus.

e *Exiſtimo.* imò videtur non valere vt legatum: vt. ſ. titu. ij. l. quæſitum. §. j. Sol. illud verum niſi contrarium liqueat: & niſi ſemper cõtrarium liqueat, cõditio appoſita libertati videtur appoſita legato: vt. j̃. de condi. & demon. l. Iulianus. & l. cum ſeruus. & l. auia. & ſ. de here. inſtit. l. iij. & facit. ſ. titu. j. l. ſi quis ſeruo.

Si fundum.] CASVS. Titius inſtituit te heredem, & damnauit te vt fundũ Titianũ mihi pro centũ venderes. tu in venditione volebas tibi retinere fructus qui pendebãt in dicto fundo. certè nõ potes: quia dicta centũ quæ tibi do pro pretio, pertinẽt ad totã cauſam fundi. id eſt etiam ad fructus in eo pendentes. Viuianus.

f *Liberum erit.* me inuito.

g *Ad totam cauſam.* ſcilicet tam ad fundum quàm ad fructus. & facit. ſ. fami. erciſ. l. heredes eius. & j̃. ad leg. Falc. l. in ratione. §. j. & ſ. de rei vind. l. fructus pendentes, & de actio. empt. l. Iulianus. §. ſi fructibus. & l. ſi heres. in princ. Accurſius.

Qui fundum.] CASVS. Mãdaui Titio vt emeret mihi & ſibi fundum: & ipſe emit: & poſtea eũ diuiſit per mediũ, vt daret mihi medietatẽ. antequã autẽ traderet mihi medietatẽ, legauit dictum fundum Seio hoc modo: Seio fundũ meum do lego. nũquid debebit habere Seius totũ fundum, an verò tantùm dimidiam? Et dicitur ꝙ dimidiam tantũ: quia nõ eſt veriſimile ꝙ dictus teſtator taliter legaſſet Seio fundũ, vt heres ſuus teſtatoris teneretur mihi mãdati actione propter medietatem dicti fundi. Viuianus.

h *Damnaretur.* vt argu. infra de vſufruct. leg. l. Sticho. in fi. & ſupra

ff. Infort.

A titu. ij. l. v. §. Labeo. & §. ij. & facit. ſ. pro ſoc. l. ſi ſocietatem. & j̃. de do. præleg. l. e. & j̃. de pecu. leg. l. dominus. §. teſtamento. & infra. e. l. ſi quis ſeruos.

Vxori.] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo, vxori meæ dum cũ filio meo Capuæ erit, heres meus ducenta dato omni anno. me mortuo filius meus à matre migrauit: nihilominus tamen ſtetit Capuæ, non tamen ſimul cum matre. nũquid debetur matri legatũ ducentorum omni anno? Et dicitur ꝙ ſic. ſi autẽ exiuit filius meꝰ de Capua, & vxor mea potuit eum ſequi, & non fuit ſecura, imò remãſit Capuæ: non debebitur matri legatum niſi pro illo anno quo filius deceſſit, etiam ſi non ſtetit cum filio in illo anno niſi per vnum diem. ſi autem mulier non potuit ſequi filiũ qui exiuit Capuã, vel alio modo nõ fuit in mora quo minus ſtaret cum filio, debetur ei omni anno legatũ. per prædicta autẽ apparet ꝙ dicta verba, dum cum filio meo Capuæ erit &c. nõ habentur pro ſuperfluis: imò habent vim conditionis. Viuianus.

Legatum quoad quis cum filio moraretur, debetur ſemper ſi per filiũ ſtat: ſed ſi per caſum, debetur pro eo anno tantùm quo morari incepit, non pro futuris. Barto.

*Vxori meæ dum cum filio meo Capuæ erit, heres meus ducẽta* [i] *dato*. filius à matre migrauit. [k] Si ambo Capuæ habitaſſent, legatum matri debitu iri putaui, quãuis vnà nõ habitaſſent. [l] Sinautẽ in aliud municipiũ tranſiſſent, vnius anni tantummodo debitu iri, quo vnà habitaſſent quantolibet tempore. [m] Trebatius ait: Videamus an his verbis, *dum cum filio Capuæ erit*, non conditio ſignificetur, ſed ea ſcriptura pro ſuperuacua debet haberi. qđ nõ probo. Sinautẽ per mulierẽ mora nõ eſt quo minus cũ filio habitet, legata ei deberi.

Qui non poteſt emere quod teſtator iuſſit, tenetur ad æſtimationem. Bartolus.

Si ædes [n] alienas vt dares damnatus ſis, neque eas vlla cõditione emere poſſis: æſtimare iudicẽ oportere Ateius ſcribit, quanti ædes ſint, vt prætio ſoluto heres liberetur. Idemq; iuris eſt & ſi potuiſſes [o] emere, † non emeres.

Ratione aditus iudicatur de cœnaculo cui cedat. Bartolus.

XXXI LABEO *lib. j. Pithanorum à Paulo epitomatorum.*

SI cui ædes legatæ ſint, is omne habebit id ædificiũ quod

i *Ducenta.* ſcilicet ſingulis annis.

k *Migrauit.* id eſt receſſit.

l *Non habitaſſent.* quia ſtetit per filium.

m *Quantumlibet tẽpore.* quanto tempore habitare ſufficit? puto boni viri arbitrio committi. Vel dic ꝙ etiam ſi minima parte anni habitauerit, debere haberi pro toto: vt. j̃. de annu. leg. l. à vobis. & l. in ſingulos. & facit. j̃. in ali. leg. l. Gaio. §. imperator. & l. Stichus. §. fi. & C. de lega. l. j. & j̃. tit. j. l. Mæuia. §. pe. & fi. & l. annua. & j̃. de auro & argen. leg. l. Titia. & j̃. de condi. & demon. l. ſi quis ita.

† Concor. c. non ſemper promiſſa omnia ſoluẽda ſunt deniq; ipſe dominus ſiequenter ſuã mutat ſentẽtiam, ſicut ſcriptura indicat. 11. q. 4.

Si ædes.] CASVS. Inſtitui mihi heredẽ, & rogaui eum quòd daret Seio ædes Gaij. certè ſiue Titiꝰ heres potuit emere dictas ædes à Gaio, & nõ emit, ſiue nõ potuit emere, dabit iuſtũ pretium ædiũ Seio legatario, & erit ab eo liberatus. Viuianus.

n *Si ædes.* illa conditione, quò d dominus non vendat, vel prætio immodico: vt. ſ. eo. l. non dubium. §. fina.

o *Potuiſſes emere.* prætio immodico, nõ iuſto. Sed quid ſi iuſto potuiſti prius emere prætio, nunc autẽ dominus nullo modo vẽdere vult? dico te nõ liberari præſtãdo iuſtam æſtimationem: vt probatur. j̃. ad leg. Falci. l. cùm pater. §. fi. & l. ſeq. & ſ. de in lit. iur. l. j. & facit ad hoc ꝙ detur æſtimatio. ſ. tit. ij. l. ſed ſi res. & l. filiusfa. §. ſiquidem. & l. apud. §. fi. & l. ſeq. & C. de fideicommiſſ. l. prædia. & ſ. tit. j. l. mortuo. §. j. & l. codicillis. §. inſulam.

SI cui.] CASVS. Legaui Titio ædes meas Titianas. certè habebit Titius omne ædificium quod ſupra ſolum earũ Titianarũ ædium eſt. iſtud tamen fallit in hoc caſu pone ꝙ habebam ædes Titianas & Seianas, & ſupra cõcamerationẽ Titianarũ erat quoddã conclaue, id eſt quidam locus tutus: ſicut videmus de facto quia ciuis aliquis duas domos habet cõiunctas, puta Titianas & Seianas, & in Titianis moratur in inferiori earum parte: & Seianas locat ſcholaribus cum ſuperiori parte Titianarũ: & ita ſcholares habent aditum de ædibus cõductis, ſcilicet Seianis, in partem ſuperiorem Titianarum. hîc Titius legauit Titio dictas ædes Titianas quæ habet ſupra ſe dictum cõclaue: imò remanebit conclaue ad vſum ædium Seianarum. Viuianus.



UNED

ſolùm earum ædium erit.[a] Paulus. Hoc tūc demum falſum eſt, cùm dominus ædium binarum aliquid conclaue quod ſupra cōcamarationem alterarum[b] ædiū eſſet, in vſum alterarum conuertit, atque ita his vſus fuerit. namque eo modo alteris ædibus id accedet,[c] alteris decedet.

Prælegata non veniunt in ſubſtitutione vulgari. Bartolus.

XXXII. SCÆVOLA *libro quartodecimo Digeſtorum.*

SExtiam filiam ex quadrante, ex reliquis Seium & Marciū ſororisfilios ſcripſit heredes: Sextiam ſubſtituit[d] Marcio, & Marcium Sextiæ. dedit autem per præceptionem Marcio[e] certas ſpecies. Marcius partem hereditatis ex qua ſcriptus erat, omiſit: & eo inteſtato defuncto, bona eius ad fratrem legitimum Seiū deuoluta ſunt. Quæſitum eſt, an Sextia ex ſubſtitutione etiā hæc quæ prælegata Marcio erant, iure ſubſtitutionis à legitimo herede defuncti ſibi vindicare poſſit. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, Sextiam in legatis quæ Marcio data ſunt, ſubſtitutam non eſſe.[f]

Ibi dicitur quis morari, vbi cum familia ſua moratur. Bartolus.

XXXIII. IDEM *libro quintodecimo Digeſtorum.*

VXori ſuæ inter cætera ita legauit, *Et domus eam partem in qua morari conſueuimus.* Quæſitum eſt, cùm tam teſtamenti faciundi tempore, quàm mortis, totam domum in vſu habuerit, nec quicquam ex ea locatum:[g] an ea tantummodo videtur legaſſe cubicula,[h] in quibus dormire conſueuerat. Reſpōdit, eam omnem partem in qua morari[i] cum familia[k] ſua conſueuiſſet.

B

Verbum præteritum licèt aliàs porrigatur ad futurum, non tamen porrigitur ad ea quæ à iure communi exorbitant. Bartolus.

Vxori ſuæ inter cætera ita legauit, *Vxori meæ quidquid viuus dedi, donaui, vſibúſve eius comparaui, concedi volo.* Quæro, an quod poſt teſtamentum factum ei donatum eſt, id quoque conceſſum videatur. Reſpondit, verba quæ proponerentur,[l] nihil pro futuro tempore ſignificare. C Cùm Seius pro vxore cētum aureos creditori ſoluerit, & ornamentum pignori poſitum[m] luerit, poſtea autem teſtamēto facto vxori ſuæ legauit quidquid ad eum,[n] ínve ſtipulatum[o] eius conceſſit[p], & hoc amplius vicenos aureos annuos: quæſitum eſt, an hos centum aureos heredes viri ab vxore vel ab heredibus eius repetāt. Reſpondit, ſi[q] donationis cauſa creditori[r] ſoluiſſet,[ſ] teneri heredes ex cauſa fideicommiſſi,[t] D ſi repetant, atque etiam petentes exceptione ſummoueri: quod præſumptum[u] eſſe debet, niſi contrarium ab herede probetur.

a *Ædium erit.* nam quicquid eſt inædificatum, ſolo cedit: vt inſtitu.de re.diui.§. cum in ſuo. & nulla cohæret ſolo ſuperficies, vt & infra de actio. & oblig.l. obligationum ferè.§. placet.

b *Alterarum.* legatarum.

c *Accedet.* quibus legatis conclaue debetur ex vſu teſtatoris, nempe ex vſu teſtatoris eius voluntas quādoq; colligitur: vt.j. de vſufruc. leg.l. damnas.§.fin.&.j. eo.l.ſeruus legatus.&.ſ. ſi ſer. vin.l. teſtatrix. Itē quod hîc dicit, eſt verū non ſolùm ſi contignatio quæ conclaue ſuſtinet, orietur ex parte illa ædium in quarū vſum cōuerſum erit, ſed & ſi contignatio tota in aliarum ædium pariete ſedebit: vt.j. de dam. infec.l. pen. in prin.&.§.j. & fa.j.e.l.prædiis.§.balneas. &.§.fina.

SExtiam.] CASVS. Ego habens filiā nomine Sextiam, & duos nepotes ex ſorore mea ſcilicet Seium & Marcium, inſtituimihi heredem Sextiam in tribus vnciis hereditatis meæ, & Seium & Marciū in reſiduo, & Marcio prędicto prælegaui Codicem & Digeſtum meū. & poſtea Marciū & Sextiam adinuicem ſubſtitui. Marcius me mortuo omiſit ſuā partem hereditatis meæ, & poſtea ab inteſtato deceſſit: vnde bona ſua peruenerunt ad dictū Seium fratrē ſuum. venit modo Sextia, & vult habere ex ſubſtitutione non ſolùm partem hereditatis Marcij in qua ego eū inſtitui: ſed & Codicem & Digeſtū quæ ei prælegaui. Et reſpondetur hîc quod dicta pręlegata habere non poteſt. Viuianus.

Hic eſt vulgaris mod⁹, de quo in.l. 109.ſ.lib.1.

d *ſubſtituit.* ſcilicet vulgariter.

e *Marcio.* ſ. ſoli. cæterum ſi iure diuiſionis. i. ſi ſingulis prælegaſſet res certas, ſecus contingeret: vt ſupra titu.ij.leg. quid ergo ſi ita. R.H. & Azo. & facit ſupra titu.ij.l.qui filiabus.§.fi. & l. ſeq. & le.filio. & infra de iis qui. vt indig.l.eum.§.pen, &.j.eo.l.ſi Titius. & C. de leg.l. cum reſponſo.

f *Non eſſe.* hoc in ſubſtitutione vulgari, in fideicōmiſſaria autem dic vt.C.de fideicommiſſ.l. cùm virum. & infra ad Trebell.l. Marcellus.§. penult.

VXori.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & vxori ſuæ Titij legauit pone victum & veſtitum, & domus eam partem in qua morari conſueuerunt. quæritur, an ea tantummodò cubicula videatur ei legaſſe, in quibus cum ea dormire conſueuerat? an verò omnē eam partem domus in qua morari cum familia ſua cōſueuiſſet? Et dicitur quòd omnem partem domus videtur vxori legaſſe, in qua morari cùm familia ſua conſueuiſſet. vnde ſi totam domum in vſu habebat, totam videtur vxori legaſſe ſi de ea aliquid alicui alij non legauit. [VXORI SVÆ.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & vxori ſuæ legauit pone victum & veſtitum, & poſtea dixit, vxori meæ quicquid viuus ei dedi, donaui, vſibúſve eius comparaui, concedi volo. facto teſtamento donauit vxori ſuæ prędictæ vnum equum. nunquid equum videtur ei conceſſiſſe per dicta verba teſtamenti? Et dicitur quòd non, quia dicta verba teſtamenti fuerunt de præterito, & non de futuro. & vt hîc caſus non videatur tibi deriſorius, videas legem ſupra de lega.j.l.ſi quando. quam non habes hic in gloſſa. [CVM A SEIVS.] Titia vxor Seij obligauit ornamentum ſuum Gaio pro centum aureis. venit poſtea Seius maritus eius, & ſoluit Gaio creditori centum aureos, & luit ornamentum vxoris, & reſtituit vxori. poſtea hic Seius maritus fecit teſtamentum, & vxori ſuæ prædictæ legauit quicquid ad Gaium creditorē in ſtipulatū eius conceſſit: & hoc amplius vicenos aureos annuos. quæritur, an dictos centū aureos quos ſoluit maritus pro vxore creditori, heredes viri ab vxore vel ab heredibus vxoris repetere poſſint? Et dicitur quòd ſi vir ſoluit creditori vxoris cauſa deferendæ donationis in perſona vxoris, & heredes viri repetant ab vxore vel ab eius heredibus, & exigant dictos cētum aureos, tenebuntur eos ei reſtituere ex cauſa fideicōmiſſi. ſed & ſi vxor vel heredes eius nolunt reſtituere heredibus viri, & poſtea cauſa fideicōmiſ. repetere, ſed opponere volunt exceptionem contra heredes viri, bene poſſunt hoc facere. ꝙ autem vir voluerit donare vxori dictos centum aureos quos ſoluit creditori vxoris, vt dictum eſt, debet pręſumi, niſi ab heredibus viri cōtrarium probetur: id eſt, quòd vir noluit donare: quo caſu tenebuntur heredes viri ex fideicōmiſ. atque etiam exceptione repellentur ab vxore, vel heredibus vxoris. Viuianus.

g *Locatum.* ſ. alij.

h *Ea cubicula.* quod eſt infra.

i *Morari.* i. habitare.

k *Cum familia.* nō ergo horrea aut penus continebuntur tali relicto: ſed tota alia domus cōtinebitur ſi totam cum familia habitationem occupabat. nec enim de vna parte magis poſſet dici quàm de alia. & ita propter incertitudinem nomine partis cōtinebitur tota, ſicut in figura ſynecdoche, ſecundùm Roge. dicitur. & facit. C. de heredibus inſtitu.l.ij.

l *Proponerentur.* à quibus non receditur niſi appareat teſtatorem contrarium ſenſiſſe: vt.j.eo.l.Iulianus.§.fi.&.l.non aliter. Sed cōtra ſupra titu.j.l. cum pater.§.fideicō.& facit.ſ.de vſu & habi.l.ſi ita.§. licèt. Sol.ibi. Item contra.ſ.tit.j.l.ſi mihi.§.fi. &.l.talis. in fin. Solu. E vt.d.l. talis.in fi. Item contra.j.de ali.leg.l. Mela.§.j. Sol.hîc in prętęritum loquirur, vt euidenter apparet. & facit.j.de lib.le.l. Aurelius. §. Titius.

m *Poſitum.* ab vxore.

n *Ad eum.* ſcilicet creditorem vxoris. R.

o *Inueſtipulatum.* talis eſt litera Py. & ponitur vel pro etiam: & dic in ſtipulatū. i. in eius ſtipulationē vel obligationem ſoluendam.

p *Conceſſit.* pro ſua vxore. R.

q *si.* id eſt quamuis. Accurſius.

r *Creditori.* ſcilicet vxoris.

ſ *ſoluiſſet.* ſcilicet vir.

t *Fideicommiſſi.* nulla enim fuit donatio: ſed ſpecialiter potuit cōfirmari: vt.C.de donat. inter virum & vxo.l. antepen. ſi verò non tenuiſſet donatio, nulla eſſet confirmatio: vt.ſ.titu.ij.l. ſi quando. & infra de lib.leg.l. petitor.Azo.

u *Quod præſumptum.* ſcilicet vt ſit donatio ideò, quia ſic dixit, quicquid

quicquid conceſſi pro vxore,ad eius obligationem ſoluendam do lego. niſi enim vellet innuere quòd donaſſet, non poſuiſſet illud verbum, conceſſi: quia ibi ſoluiſſet pro ea vt eam obligaret. eſt enim contra.C.de dona.l. donatio. ſic ergo pro alio ſtatur verbo eius:vt & ſupra ad Sila.l.j. in fin. R. Azo. ideò præſumitur donatio, quia erat vir nobilis & diues:vt ſupra de dona.inter vi. & vxo.l. vtrum. Alij aliter dixerunt: vt not. C. de do. inter virum & vxo. l. ſi filij tui.H. & facit ſupra de iur.do.l. cùm poſt.j. reſpon.

In legato nominis continetur debitum & vſura.Bartolus.

XXXIIII. IDEM *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

NOmen debitoris in hęc verba legauit, [a] *Titio hoc amplius dari volo decem aureos,quos mihi heredes Gaij Seij debent: aduerſus quos ei actionem mãdari volo: eiq; eorundem pignora tradi*. Quæro, vtrum heredes tãtùm [b] decem dare debeant,an in omne debitum,hoc eſt in vſuras debeant mandare. B Reſpõdit, videri vniuerſam eius nominis obligationem legatam. Item qnæro,cùm ignorante matrefamilias [c] actores in prouincia adiectis ſorti vſuris,decem ſtipulati ſint:an ex cauſa fideicõmiſſi ſupraſcripti etiam incrementum huius debiti ad Titiũ pertineat. Reſpondit pertinere. [d]

Verba futuri temporis propter fraudem heredis trahuntur ad tempus teſtamenti.Bartolus.

Filio [e] ex parte herede ſcripto præceptionem dedit [f] inter cætera his verbis, *Titio filio meo nomina ex kalendario* [g] *quæ elegerit* [h] *filius meus ſibi, viginti* [i] *dare damnas ſunto* [k] *ſine dolo* [l] *malo*.eidem filio viuus omnium rerũ ſuarum adminiſtrationẽ permiſit: qui poſt teſtamentum factum antè mortẽ patris annos [m] decẽ quibus procurabat patri, cõtra veterem cõſuetudinem [n] patris qua kalẽdariũ exercebatur,nouos debitores amplarum pecuniarum fecit: & in priores,quos pater exiguarum B fortunarum habebat,maius creditum contulit ad hoc,vt viginti nominibus propè [o] omnis ſubſtantia [p] kalendarij eſſet. Quæſitum eſt, an huic filio eorum nominum quæ ipſe fecit,præceptio permittenda eſt.Reſpõdit,ex his electionem habere, quæ teſtamenti [q] tempore teſtator in kalẽdario habuit.

Legatarius hereditatis non tenetur ad onera niſi inquantũ res fuerint oneri per teſtatorem deC ſtinatæ.Bartolus.

Vni ex heredibus per præceptionem reliquit [r] ea quæ ex patrimonio viri ſui Aretonis ei ſupererant: eiúſque fidei commiſit, hæc eadem reſtituere pronepoti cum erit annis ſexdecim. in quibus hæc verba adiecit:

NOmen.] CASVS. Titia in Italia exiſtens habebat multos debitores in prouincia: inter quos erant heredes Gaij Seij: & habebat actores ſiue caſtaldos ſuos in prouincia prædicta, qui procurabant dicta debita. hæc Titia fecit teſtamentũ, & legauit Titio vnum equum,& vnam domũ pone. & poſtea ita dixit:Titio prædicto hoc amplius dari volo decem quæ heredes Gaij Seij mihi debent:aduerſus quos heredes Gaij Seij ei Titio actionem mandari volo: eique Titio eorum heredum Gaij Seij pignora tradi volo. quæritur, vtrum heredes teſtatricis prædictæ decem tantùm dare debeant Titio, an totum debitum: & in vſuras debeat Titio mãdare actionem? Et dicitur quòd videtur legata Titio vniuerſa eius nominis obligatio.Sed pone quòd dicti caſtaldi qui erant in prouincia, traxerunt rationẽ cum dictis heredibus Gaij Seij de vſura dictorũ decem aureorum, & cepit vſura alios decem aureos: & illos decem aureos nomine vſurarum ſtipulati ſunt ab eis heredibus Gaij Seij ignorante dicta teſtatrice.nunquid per verba ſupradicta dictæ teſtatricis videtur hæc decem quæ ſunt vſura, legata Titio? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

a *Legauit*.quædam mulier.

b *Tantùm*. quaſi diceret,non vſuras.

c *Matrefamilias*. quæ legauerat Titio decem:vt dictum eſt.

d *Pertinere*. facit.ſ.titu.ij.l.ſeruum filij.§. eum qui chirographum. &.j.de lib.leg.l.Aurelius.§.j.&.ij.&.l.creditor.§.pen.&.ſ. qui pot. in pigno.habe.l.Lucius.

*Filio ex parte.*] CASVS. Seius habebat multos debitores, quos omnes habebat in quaterno quodam ſcriptos: in quo quaterno ponebat ea quæ mutuabat, & ea quæ à debitoribus recipiebat: & illum quaternum kalendariũ appellabat.hic Seius fecit teſtamentum,& inſtituit ſibi heredem filium ſuum Titium, & duos alios pone. & dicto ſuo filio Titio multa legauit: & inter alia quæ ei legauit,præceptionem ſiue prælegatum dedit ei his verbis: damno coheredes mei filij Titij dare ei. xx. nomina quæ elegerit dictus meus filius ex kalendario meo. facto hoc teſtamento nõ deceſſit incontinenti dictus teſtator, imò magno tempore vixit, & dicto ſuo filio ſine dolo aliquo omnium rerũ ſuarum adminiſtrationem conceſſit.filius autem antè mortem dicti teſtatoris procurauit negotia patris bene per.x.an.& contra veterem conſuetudinẽ dicti teſtatoris ſuíque patris qua per eum patrem kalendarium exercebatur,multos nouos debitores fecit, & omnes in dicto kalẽdario ſcripſit:quibus nouis debitoribus amplas patris pecunias mutuauit.Item & veteribus patris debitoribus qui erãt in kalendario ſcripti,& qui paruam debebant pecuniam, magnã pecuniæ quantitatem mutuauit,& eos poſtea in kalendario ſcripſit. & iſta fecit ideò vt viginti nominibus ferè omnis ſubſtantia in kalendario ſcripta contineretur: vt ſic eligendo ipſe filius viginti nomina quæ vellet ex kalendario ſecundùm præceptionem ſibi à patre datam,haberet ipſe quaſi totam ſubſtantiam patris, & A coheredes ſui haberẽt quaſi nihil.modo quæritur, nũquid debeat ei dari præceptio ſiue electio eorum nominum quæ ipſe fecit? Et dicitur quod non,imò eorum tantum quæ teſtator habuit in kalendario tempore mortis.& ſic fraus ſua nihil ei proderit. Viuianus.

e *Filio*. datiui caſus.

f *Dedit*. teſtator.

g *Ex calendario*. quid ſit hoc,dic vt.j. eo.l.qui filium.

h *Eligerit*. ſcilicet ipſe filius.& hoc verbum futuri temporis facit pro eo filio,arg.ſ.tit.j.l.cùm pater.§. fidei tuæ. ſed alia hîc repugnant.

i *Viginti*. ſcilicet nomina,id eſt viginti perſonales actiones contra debitores.

k *Sunto*. ſcilicet vos omnes mei heredes. quo caſu deducta ſua parte coheredes dare debẽt: v.ſ.titu.ij. l. ab omnib⁹. §.ſi Titio.

l *Sine dolo*. hæc oratio & cum ſuperioribus & inferioribus melius legi poteſt.

m *Annos*. ſubaudi,per. Accurſius.

n *Conſuetudinem*. ergo & contra voluntatem: niſi contrariũ ſit liquidum. nimirũ ex cõſuetudine viuẽtium,& eorum moriẽtium volũtates præſumũtur: vt.ſ. titu.ij.l.ſi ſeruus pluriũ. §.fi. &.j. eo. l. nummis. &.j.de aur.& arg.leg.l. inter veſtem.

o *Prope*. id eſt fere.

p *Omnis ſubſtantia*. ex hoc quod fere omnis ſubſtãtia in kalendario erat,dolus præſumitur:vt.j.quæ in frau.cre.l.omnes.§. Lucius.

q *Quæ teſtamenti tempore*. ſic.j.de aur.& arg.le.l. medico. Sed contrariũ.j.de opti.le.l.fi.Sol.hîc præter rigorẽ verborũ quibus in leD gãdo fuit pater vſus,rectè obiiciebatur & cauſa trãſcurſus tẽporis. & dolus ſuus, & patris cõſuetudo cõtra quam filius nomina ampliauerat.& ſic etiam ſoluitur cõtra.j. de ali.leg.l. Mela.§.j. quæ eſt contra.&.j.de lib.leg.l.fi.in fi ſed dicas ibi tunc,id eſt tẽpore mortis.ſed ſi dicas tunc,id eſt tempore teſtamenti,concordat.

*Vni ex heredibus.*] CASVS. Titia virum habuit nomine Aretonem:qui maritus eam heredem inſtituit.ipſa autem multa expendit de hereditate viri,ita ꝙ non remanſit ei fortè vltra centum libras de eius hereditate.poſtea fecit ipſa teſtamentum, & inſtituit ſibi tres heredes pone:& vni dictorum ſuorum heredum reliquit per præceptionẽ ea quæ ſupererant teſtatrici ex patrimonio dicti ſui viri,& eiuſdem heredis fidei cõmiſit vt prædicta quæ ei ſupererant, reſtitueret cuidam pronepoti ipſius teſtatricis, cùm ipſe pronepos erit.xvj.annorum.Itẽ adiecit hæc verba dicta teſtatrix: Item rogo te heredẽ meum cui prælegatum prædictũ dedi,vt reliquum æs alienum quod debetur creditoribus ex bonis dicti mei E viri,ex reditibus eorum bonorum quæ ſupererant mihi de bonis dicti mei viri,interim donec veniat annus.xvj.dicti mei pronepotis,ſoluas,& ſatisfacias. veniunt modò mortua teſtatrice creditores dicti ſui viri,& petunt ab iſto teſtatricis herede cui ipſa taliter prælegauit vt dictum eſt,vt ſecundum præceptum teſtatricis eis ſoluat creditum eorum: & dicunt quòd ipſe tenetur eis in totum ſatisfacere debitum nõ ſolùm de reditu dicti prælegati, ſed etiam de bonis teſtatricis & de bonis ſui heredis. heres autem prædictus allegat ſe nõ teneri niſi ſecundum reditum qui exiuit de dicto prælegato à tẽpore mortis teſtatricis vſq; ad. xvj. an.pronepotis prædictæ teſtatricis. & probat dictus heres per teſtes quod dictus reditus prælegati nõ ſufficit ad prædictorum creditorum ſolutionẽ. quæritur,quid iuris ſit?Et reſpõdetur ꝙ dictus heres non tenetur ſoluere dicta credita niſi ex dictis reditibus dicti prælegati: & non de bonis dictæ teſtatricis,neque de ſuis. Viuianus.

r *Reliquit*. ſcilicet teſtatrix.

a *Aretonis.* proprium nomen viri.
b *Non de proprio.* ipſius teſtatoris: aliàs multò minus de proprio A heredis.

*Pater filio.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes filium ſuum Seium,& filiam ſuam Teucarem: & cuilibet eorum prælegauit certa prædia, & certa kalendaria:& poſtea in eodẽ teſtamẽto ita dixit: à te autẽ Seio filio chariſſimo peto vt pręſtesque cũque legaui alicui vel aliquibus: & ſi quid euenerit æris alieni. i. ſi quid pro tempore pręterito mutuo accepi & debui,à te ſolui volo:vt quod ſorori tuæ reliqui, integrum ad eam pertineat.quæritur,nũquid omnia legata & debita teſtatoris ſolus dictus filius debeat, ita quòd ſoror ſua integrã habeat ſuam partem? Et dicitur quòd ſic. & hoc dicit. Viuianus.

c *Prælegaſſet.* id eſt,per diuiſionem aſſignaſſet.
d *Ex quacunque.* ſ. etiã extra mutuum.
e *Leuaretur.* pro filia erat,quia dixit,æris alieni. Item quod dixit,debuerã: ideò in integrũ ad eam. ſed cõtra eam, quia ſpecificauit mutuum. dic ergo,leuaretur.ſ. ab omni ære alieno, & non à mutuo tãtùm: licèt ipſum ſolum fuerit nominatũ. & facit.ſ. fa. ercif.l. ſi vni. §. idem pa. &.ſ. titu. ij. l. ſeruo le. §.ij. & ſic alius nominatur,& alij legatur:vt.ſ.eo.l. fideicommiſſa.§.interdum.

*Concor.c. abbate.§. cõtra quod. ibi.profectò ſic intelligẽda ſunt illa verba vt res de qua agitur,valere poſſit potius quam perire. & gloſ.in verb. potius. extra de verb. ſig.

†Tribum emi, vt & militiam dicebant,cùm quis in tribum vel mi litiã aliquo dato cooptabatur.ca. 7.11.& vltimo. C. de proxim.ſacr.ſcrin. & Conſt.No. 57.& 97.& Alcia.lib.1. parer. ca.16.

*Patronus.*] CASVS. Titius fecit teſtamẽtum,& iuſſit heredibus ſuis vt liberto ſuo Sticho emerent tribum,id eſt, progeniem quandam ſeruorũ quam habebat quidam eius vicinus,ſtatim poſt mortem ſuam patroni. mortuo dicto patrono heredes ſui fuerunt in mora emẽdi dictã tribum liberto prædicto. poſtea libertus deceſſit, & habuit heredẽ quẽdam virum,non facio vim vtrum fuerit heres clariſſimus,vel nõ. modò quæritur, an æſtimatio dictæ tribus heredi liberti debeatur, cùm diſperſa fortè ſit tribus?Et reſpondetur quòd ſic.Item quæritur,an cõmoda & liberalitates quæ eſſent collatæ aliquibus de ſeruis qui erãt in dicta tribu,quas libertus ex dicta tribu vſque in diem mortis ſuæ conſecutus fuiſſet ſi dicta tribus eſſet ei comparata ſtatim mortuo teſtatore:an verò vſuræ æſtimationis tribus heredi eius liberti debeantur?Et dicitur,quicquid ipſe libertus conſecuturus eſſet,ad heredem ſuum tranſmittit. Viuianus.

*Item rogo vti reliquum æs alienum quod ex bonis Aretonis* [a] *debetur, omnibus creditoribus ex reditibus eorũ bonorum ſoluas,reddas,ſatiſque facias.* Quæſitũ eſt, an ſi probauerit heres non ſufficere reditum bonorum ad totius debiti exſolutionem,nihilominus tamen ipſe debeat adgnoſcere onus æris alieni. Reſpondit,manifeſtè proponi ex reditibus bonorum eorũ iuſſum æs alienum exſoluere, nõ de proprio. [b]

Verba ad declarationem appoſita non debent deminutionem inducere. Bartolus.

Pater filio & filia heredibus inſtitutis,cum ſingulis certa prędia & kalendaria prælegaſſet, [c] ita cauit: *A te autem fili cariſſime peto, quæcunque legaui,præſtari volo: & ſi quid euenerit æris alieni,ſi quod in tẽpus pro mutuo acceperam, & debuero, à te ſolui volo: vt quod ſorori tuæ reliqui,integrũ ad eam pertineat.* Quæſitum eſt an quod ex quacũque [d] cauſa debuit pater, à filio ſit præſtandum. Reſpondit, poſſe filiam ex fideicommiſſo conſequi * vt leuaretur, [e] quò magis integrum quod teſtator dediſſet,ad eã perueniſſet.

Si heres eſt iuſſus rem alteri cõparare: poſt moram poteſt ad æſtimationem cõueniri. Bartolus.

XXXV. IDEM *libro ſeptimo decimo Digeſtorum.*

Patron[us] liberto ſtatim tribũ [f] emi † petierat. [g] libertus diu moram [h] ab herede patroni paſſus eſt,& decedens heredem reliquit clariſſimum virum. Quæſitum eſt,an tribus ęſtimatio heredi eius debeatur. Reſpondit deberi. [i] Idem quæſiit an & commoda & principales liberalitates quas libertus ex eadem tribu vſq; in diem mortis ſuę conſecuturus fuiſſet, ſi ei ea tribus ſecundũ voluntatem patroni ſui tunc comparata eſſet: an verò vſuræ æſtimationis heredi eius debeantur. Reſpondi,quidquid ipſe cõſecuturus [k] eſſet, id ad heredem ſuũ tranſmittere.

f *Tribum.* id eſt, progeniem ſeruorum,ſicut dicimus, ex tribu Neptalim. Accurſius.
g *Petierat.* ab herede.
h *Moram.* quia potuit heres ſtatim tribum emere,& non fecit.
i *Deberi.* ſed quare non ipſa tribus? Reſpon.quia certæ perſonæ liberto voluit emi:ſed propter moram debetur æſtimatio.& facit.ſ. tit.j.l.Titia Seio.in principio.
k *Conſecuturus.*& hoc propter moram heredis:vt ſupra titu.j.l.qui ſolidum.§.etiam.&.l.ſi quis ſeruo.& ſupra titu.ij.l.apud Iulianum. §.ipſius.&.l.quæſitum.§.fin.

*Sempronio.*] CASVS. Titius teſtator ita Sempronio legauit:Sempronius ſumito prædia mea omnia quæ ſunt vſque ad prædium quod vocatur Gaas, ſub finibus cuiuſdam contratæ quæ vocatur Galatia,& ſub cura villici mei qui vocatur Primus. ita ſumito dico ſi dicta prædia ſicut ipſa omnia iſtructa ſunt.modò inueniatur vſque ad prædium Gaas vnum prędium poſitum in finibus Cappadociæ, nõ autem Galatæ, & ſub cura dicti villici Primi. quęritur nunquid illud prædium pertineat ad Sempronium, cũ aliis prædiis, licèt ſit in eo erratum quãtum ad fines Galatiæ? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

l *Vſque.* incluſiuè. [a]
m *Finibus.* impoſitum in eodem extra prædiũ quod vocatur Gaas. Accurſius.
n *Cappadociæ.* quæ ipſa ſit citra Galatiam.
o *Et hoc deberi.* quaſi non noceat falſa demõſtratio, vel quia in finibus ſit erratum:vt infra §.j. & infra eodẽ.l. prædiis.§. Titio.&.§.fina.& infra de rebus dub.l pe nult. &. C. de lega.l. ſi Fortidianum. & de teſta.l.in nomine.

a] Concor. glo.in.c.ſi gratioſè.ex tra de reſcript.lib.6. in.ca.1. in verb. vſque. de ordi.ab epiſcopo.

B Dictio vſque, quando ponitur ad determinandum prædia diſcontinua,ponitur incluſiuè. Bar.

Sempronio ita legauit, *Sempronius ſumito prædia ea omnia quæ ſunt vſque* [l] *ad prædium quod vocatur Gaas,finibus* [m] *Galatiæ,ſub cura villici Primi,ita vt hæc omnia inſtructa ſunt.* Quæſitum eſt,cùm in eodẽ confinio prædiorũ vnum ſit prædium non Galatię ſed Cappadociæ [n] finibus,ſub cura tamẽ eiuſdem villici,an etiam id prædium cum cæteris ad Semproniũ per- C tineat.Reſpõdit & hoc deberi. [o]

Error regionis non nocet ſi de corpore conſtat. Bartolus.

Libertis quos nominauerat,ita legauit, *Fũdum Trebatianum qui eſt in regione Atellata,item fundum Satrianum qui eſt in regione Niphana, cum taberna dari volo.* Quæſitum eſt, cùm inter fundos quos ſupra legauit, ſit quidem fundus vocabulo Satrianus,in regione tamen Niphana nõ ſit:an ex cauſa fidei- D commiſſi libertis debeatur. Reſpondit, ſi nullus eſſet Satrianus in regione Niphana,& de eo ſenſiſſe teſtatorem certum ſit, qui alibi eſſet:† non idcirco minus deberi, quia in regione deſignanda lapſus eſſet. [p]

Legato vſu balinei videntur legata omnia neceſſaria ad balineum. Bartolus.

Codicillis confirmatis [q] ita cauit, *Tiburtibus municipibus meis, a-*

*Libertis.*] CASVS. Titius teſtator ita dixit:volo dari Pãphilo & Sticho libertis meis fundum Trebatianum qui eſt in regione Atellata, item fundum Satrianũ qui eſt in regione Niphana, cũ taberna quæ eſt in dicto fundo Satriano. mortuo teſtatore inuenitur quidã fundus vocabulo Satrianus inter fundos quos ſupra legauit dictus teſtator,non eſt tamen in regione Niphana.quæritur, nunquid libertis prædictis debeatur dictus fundus, quamuis in regione deſignanda lapſus ſit teſtator? Et dicitur quod ſic , ſi de eo legando ſenſit teſtator. Viuianus.

†Cõcor gl. in verbo,putabat.ibi,ſi quis autem errat i proprio nomine, dũ tamẽ certũ ſit de quo conſentiat, hoc nõ officit.§.ite. ſi quis. 19.q. 1.

E p *Lapſus eſſet.* ſic ſupra proxi. §.cum ſuis concor. & ſupra titu.ij.l. iiij.

*Codicillis.*] CASVS. Titius fecit teſtamentum,& in eo confirmauit codicillos ſi quos poſtea faceret.poſtea fecit codicillos,& in eis ita cauit,Tiburtibus municipibus meis quos valdè diligo,ſcitis ſiue ſciatis vos heredes mei me legare balineum nomine Iulianum do mui meę iunctum,ita vt publicè decem menſibus totius anni prębeatur gratis ſumptu heredum meorum & diligetia.mortuo dicto Titio quęſtio fuit inter municipes & heredes ſuos.nam municipes volebant quòd heredes Titij facerent ſumptus non ſolùm ad calefaciendum & prębendum balineum,ſed etiam ad reficiendum balineum. heredes autem nolebant ſumptus facere niſi ad calefaciẽdum & præbendum. quæritur,quid iuris ſit:Et dicitur quod municipes habent ius. Viuianus.

q *Codicillis confirmatis.* teſtamento : quod erat olim opus ſi fierent poſt teſtamentum:hodie verò non:vt inſti.de codicill.§.j.Accurſ.

Ita.

a *Ita.* ſcilicet lego vt,&c. & ſic not.vſu balinei legato,& ad id neceſſaria legari videntur.

b *Publicè.* id eſt,publico ſumptu heredum,&c.

*Nec fideicommiſſa.*] CASVS. Titius fecit teſtamentum,& inſtituit ſibi heredem quendam extraneum,&filium ſuũ propriũ exheredauit, & legata dedit quibuſdã:&poſtea ita dixit in eodẽ teſtamẽto:Si contingeret aliquo modo teſtamẽtũ meũ rũpi, & ita me inteſtatũ remanere : lego ab eo qui erit mihi heres ab inteſtato,decẽ Seio. xx. Sempronio. mortuo dicto teſtatore filius ſuus prædictus egit querela inofficioſi teſtamenti,& fecit rum pi teſtamentum: & habuit hereditatem patris ab inteſtato. nunquid tenetur ad præſtãda legata relicta ab inteſtato? Et dicitur quod nõ, quia nec aliud aliquid valet quod ptineat ad ſuprema iudicia ei⁹ cuius teſtamentum ruptum eſt,quaſi teſtator fuerit furioſus.creditur enim furioſus fuiſſe qui filium exheredat. Viuianus.

c *Nec fideicom.Data.* id eſt,relicta.&facit ſupra de inoffi.teſt.l.Titia.& l. Papinianus.§. fina. & quod not. ſupra eod. l. ij. & facit.C.de fideicõ. miſ.l. quidam. & ſupra tit.ij.l.antepenul.

Hæc lex perperam cum ſuperiori confunditur in vulgatis editionibus. Ant.Aug.li. 3.c.1.

*mantiſsimiſque:ſcitis balineum Iulianum iunctũ domui meæ,ita* [a] *vt publicè* [b] *ſumptu heredum meorum & diligentia decem menſibus totius anni præbeatur gratis.* Quæſitum eſt,an & ſumptus refectionib⁹ neceſſarios heredes præſtare debeãt.Reſpondit,ſecũdum ea quæ proponerentur,videri teſtatorem ſuper calefactionis & prębitionis onus, de his quoq; ſenſiſſe, qui ad cottidianam tutelam pertineãt,quibus balineæ aut inſtruuntur, aut denique inter ſolitas ceſſationum vices parari purgariq; , vt habiles ad lauandum fierent,ſint ſolitæ.

Rupto teſtamento per querelã, non præſtantur legata, nec ſi ab inteſtato fuerant repetita.Bartol.

XXXVI. *Apud Scæuolam libro octauodecimo Digeſtor. Claudius notat:*

NEc fideicommiſſa ab inteſtato data [c] debentur ab eo cuius de inofficioſo teſtamento cõſtitiſſet,quia crederetur quaſi furioſus teſtamentum fecere non potuiſſe : ideóque nec aliud quid pertinẽs ad ſuprema eius iudicia valet.

Si non tenet legatum,nec onus fideicommiſſi adiectũ. Bartolus.

XXXVII. SCÆVOLA *libro octauodecimo Digeſtorum.*

CVm quis decedens Seiæ matri [d] fundũ qui proprius matris erat, legauerat:ab ea petierat vt eundem, cum moreretur, Flauiæ Albinæ coniugi ſuæ reſtitueret.poſt mortem teſtatoris mater apud magiſtratum profeſſa [e] eſt, nihil ſe aduerſus voluntatem filij ſui facturã, paratámque eſſe fundum Flauiæ Albinæ tradere,ſi ſibi annua [f] bina præſtarentur redituum nomine. ſed neque poſſeſſionem tradidit, neque annua bina accepit.Quęſitum eſt,an iure fundum alij vẽdere poſſit. Reſpondit, ſi de legati iure fideique commiſſi quæreretur,ſecundum ea quæ proponerentur, nec valuiſſe quod matri ſuum legabatur : [g] neque onus fideicommiſſi proceſſiſſe, [h] ſi modò nihil præterea mater cepiſſet.

Promiſſio facta contemplatione alicuius certi emolumẽti,ipſo caſſato non tenet.Bartolus.

Qui teſtamento heredem ſcripſerat,Męuio ducenta legauit,& fidei eius commiſit vt cẽtum daret Glaucetyche,Elpidi [i] autem quinquaginta. [k] poſtea Mæuius volente teſtatore literas [l] emiſit ad eas, ſecundum volũtatem teſtatoris [m] reſtituturum.poſtea teſtator fecit codicillos, [n] quibus & hoc præcepit,vt pręter hos codicillos [o] ſi quid aliud [p] prolatum eſſet,non valeat.quæſitum eſt,an Mæuius qui ducẽta accepit,quia mutauit voluntatem de ea epiſtula teſtator, à mulieribus conueniri ex cauſa fideicõmiſſi poſſit. Reſpondit,ſecũdnm ea quę proponuntur, fruſtrà Mæuium conueniri,ſiue ducẽta, ſiue prædium pro his accepit. [q]

Verba directa in codicillis prolata trahuntur ad fideicommiſſum.Bartolus.

Seiam & Mæuiũ libertos ſuos

*Cum quis.*] CASVS. Titi⁹ habebat matrem Seiam,& vxorem nomine Flauiam Albinam. dictus Titius decedens dictæ ſuæ matri legauit fundum qui erat proprius ipſius matris, & ab ea matre petiit vt cùm moreretur ipſa mater, reſtitueret dictum fundum dictæ vxori ſuæ. mortuo dicto teſtatore mater dixit coram iudice quòd volebat facere illud quod dixerat teſtator: & quòd volebat tradere dictum fundum dictæ vxori filij ſi ſibi matri præſtarentur redituum nomine binæ libræ ſingulis annis donec moreretur ipſa mater. poſſeſſionẽ autem fundi tradidit dictæ vxori filij:nec dictas binas libras ab ea accepit mater: nũc autẽ volebat mater vẽdere alicui dictũ ſuũ fundũ:nunquid poteſt hoc facere?Et videtur ꝙ non, propter confeſſionem ſupradictã quam coram iudice fecit:tamen reſpondetur quòd bene poteſt vẽdere. nam legatum ſibi relictum à filio de dicto ſuo fundo nihil valuit: nec potuit filius eam grauare de reſtituendo vxori,cùm nihil aliud matri reliquerit. Viuianus.

d *Seiæ matri.* aliàs,ſuæ matri.

e *Profeſſa.* at hinc quæſtio oriebatur.& pro hoc.ſ.de teſt.tute.l.ex ſententia.&.ſ.de falſis.l.vxori.§.j.quæ ſunt contra.

f *Annua.* id eſt,duobus annis duo pondo auri vel argenti.

g *Legabatur.* vt.C.eo.l.proprias.tu dic vt ibi not.

h *Proceſsiſſe.* ſcilicet cum effectu,cùm non poſſit onerari qui honoratus non eſt: vt &.C.de fideicommiſ.l.ab eo.&.ſ.tit.ij.l.planè.§.fi. & ſupra titu.j.l.imperator. Accurſius.

*Qui teſtamento.* CASVS. Titius inſtituit ſibi Gaium heredem , & Mæuio ducenta legauit:& fidei Mæuij commiſit vt centum daret cuidam nomine Claudiæ,& quinquaginta daret Albinæ,& quinquaginta daret dicto Gaio heredi : & ſic rogauit eum de reſtituendo aliis totum legatum ſuum ducentorum. poſtea Mæuius legatarius prædictus volente dicto teſtatore literas miſit ad dictam Claudiam & Albinam fideicommiſſarias, in quibus ita continebatur: ſciatis quòd ego dabo vobis fideicommiſſa veſtra ſecundũ voluntatem teſtatoris. poſtea teſtator fecit codicillos in quibus Mæuio legatario prædicto legauit vnum prædium loco ducentorum quæ ei legauerat : & præcepit in eis codicillis vt præter hos codicillos ſi quid aliud appareret, non valeat:& ita noluit valere dictam epiſtolã quam de ſua voluntate miſerat Mæuius fideicommiſſariis. mortuo Titio teſtatore petunt Claudia & Albina fideicommiſſa à Mæuio legatario. quæritur, an poſſunt? Et videtur ꝙ ſic propter prædictas literas.videtur enim Mæuius dictis literis cauiſſe dictis fideicommiſſariis de præſtando eis fideicommiſſum. vnde non obſtantibus verbis quæ in codicillis dixit teſtator, videtur quòd fideicommiſſariæ poſſunt conuenire Mæuiũ ex propria eius cautione. Reſpon. tamen hìc quòd non poſſunt petere.Viuianus.

i *Glaucetyche,Elpidi.*i.Titiæ & Seiæ ſecundum R.earum enim nomina poſuit in Gręco.Accur.

k *Quinquaginta.* aliàs viginti.Accurſius.

l *Literas.* quibus adhęrebant fideicõmiſſarię, quaſi ex ꝓpria cautione Męuiũ legatariũ ſibi teneri oſtendentes.

m *Teſtatoris.*promittẽdo ſe,&c.

n *Fecit codicillos.* in quibus legauit prędiũ Męuio pro cc.vt in fine patet:& pręcepit,&c.

o *Codicillos.*quib⁹ Męuio pro.cc.prędium legauit.Roge.

p *Aliud.* vel in epiſtola ad eos miſſa.Azo. vel in teſtamento.

q *Pro his accepit.* in teſtamento vel codicillis.

*Seiam.*] CASVS. Lucius Titius qui erat libertus Publij Sempronij pupilli, & qui erat eius pupilli domini ſui tutor, habebat duos libertos,ſcilicet Seiam & Męuium.fecit hic Lucius Titius teſtamẽtum, & dictos Seiam & Mæuiam libertos ſuos ſcripſit heredes æqualiter: & Mæuio prædicto ſubſtituit dictum Publium Sempronium ſuum dominũ.poſtea in eodem teſtamento confirmauit per fideicõmiſſum codicillos quos poſtea contingeret eũ fortè facere. poſtea fecit codicillos,& ita in eis cauit:ego Lucius Titius teſtator & codicillator mitto ſalutes Seiæ heredi meæ quam pro parte dimidia heredem inſtitui.ſcias quòd Mæuium libertum meum prędictum quem tecum æqualiter inſtitui, eam partẽ hereditatis quæ eum tangebat, veto accipere,in cuius locum & partẽ volo eſſe heredem dictum Publium Sempronium dominum meum : & dicto Mæuio dari volo cẽtum quinquaginta lagenas vini vetuſti.modò queritur,an dictus Publius Sempronius dominus Lucij Titij teſtatoris poſſit petere fideicommiſſum de parte hereditatis in qua inſtitutus fuerat Męuius libertus teſtatoris,& à quo poſſit illud fideicommiſſum petere? Et videtur quòd non poſſit petere,duabus rationibus.Vna,quia in codicillis erat dicta pars hereditatis Mæuij liberti verbis directis relicta eidem Publio Sempronio,&dicto Męuio adempta. Secunda,quia ad Seiam libertam fuerunt ſcripti codicilli,non ad Mæuium qui erat oneratus.Reſpondetur tamen hìc

quòd bene poteſt dictus Publius Sempronius petere fideicommiſſum à Mæuio prædicto. Viuianus.

a *Subſtituit.* ſcilicet vulgariter.

b *Pupillum ſuum.* eundémque patronum cui erat tutor, & ideò .j. dominum, hîc verò pupillum vocat ſuum. Accurſius.

c *Codicillos.* ſcilicet futuros.

d *Confirmauit.* ita ſcilicet, committo fidei heredum meorum ea fieri quę dicam in codicillis. Azo.

e *Lucius Titius.* teſtator.

f *Accipere.* id eſt, capere. volebat enim eã reſtitui Sẽpronio. nam directò non poteſt adimi hereditas in codicillis.

g *Dominum.* id eſt, patronum. ſic enim cauſa honoris vocat.

h *Elogio.* id eſt, ſermone qui ſequitur.

i *Lagenas.* quaſdã mẽſuras.

k *An fideicommiſſum.* portionis hereditatis relictæ Mæuio.

l *Ad certam perſonã.* Puta Seiam. quod tamen non nocet fideicom. vt s̃.ti.j.l. peto. in princip. &.l.vnum.§.fi.&.l.cùm pater.§.donationis.

m *A Mæuio.* non tamẽ à Seia: quia ipſa non habebat eam partem, nec eam poterat dare: licèt ad eam codicilli ſint facti. Et no. quòd duo obiiciebãtur Sempronio, codicillis ſolis per verba directa nec dari nec adimi poſſe hereditatem: & ita nec adimi Mæuio, nec dari Sempronio: vt inſtit. de codicil. §. penul. Item ad Seiam non ad Męuium qui erat honorãdus, codicillos fore directos. ſed ad primũ dic quòd in codicillis verba directã trahuntur ad fideicommiſſ. vt & infra ad Treb. l. Scæuola. quod eſt notandum. & ſic non de rigore verborum, ſed ex benignitate tantùm. & facit infra de iis qui. vt indi. l. iij. ſed arg. contra ſupra de cõdi. inſtit. l. penul. in fi. Sol. ibi. Item facit infra de excep. do. l. apud Celſum. §. præterea. & ſupra de mili. teſta. l. militis.

A

æquis partibus heredes ſcripſit: Męuio ſubſtituit [a] Sempronium pupillum ſuum: [b] deinde codicillos [c] per fideicommiſſum confirmauit, [d] quibus ita cauit: *Lucius Titius* [e] *Seiæ heredi ſuæ, quã pro parte dimidia inſtituit, ſalutem. Mæuium libertum meum, quem in teſtamento pro parte dimidia heredem inſtitui, eã partem hereditatis veto accipere,* [f] *cuius in locum partémve eius Publium Sempronium dominum* [g] *meum heredem eſſe volo.* Et Mæuio ad quem hereditatis portionẽ noluit peruenire, cum hoc elogio [h] fideicommiſſum reliquit: *Mæuio liberto meo de me nihil merito dari volo lagenas* [i] *vini vetuſti centum quinquaginta.* Quæſitum eſt, cùm voluntas teſtatoris hæc fuerit, vt omnimodò perueniat portio hereditatis ad Sempronium pupillum: an fideicõmiſſum [k] ex verbis ſupraſcriptis valere intellegatur: & à quo Sempronius petere poſſit, cùm ad certam perſonã [l] codicillos ſcripſerit. Reſpondit, poſſe fideicõmiſſum à Mæuio [m] peti.

C

Donatario obligato poteſt imponi onus fideicommiſſi tãquam debitori. Bartolus.

Pater emãcipato filio bona ſua vniuerſa, exceptis duobus ſeruis, nõ mortis cauſa donauit, [n] & ſtipulatus eſt à filio in hæc verba: *Quæ tibi mancipia, quæque prædia donationis cauſa tradidi, ceßi: per te non fieri dolóve malo, neque per eum ad quem ea res pertinebit, quo minus ea mancipia, quæque ex his adgnata erũt,*

D

*eáque prædia cum inſtrumento, cùm ego volam, vel cùm morieris, quæque eorum extabunt, neque dolo malo aut fraude factóve tuo, eiúſque ad quem ea res pertinebit, in rerum natura* [o] * *aut in poteſtate eſſe deſiſſent: ſi viuã, mihi, aut cui ego volam, reddantur, reſtituantur. Stipulatus eſt Lucius Titius pater: ſpopondit Lucius Titius fi-*

B

*lius.* Idem pater decedens epiſtulam fideicommiſſariam ad filium ſuum ſcripſit in hæc verba: *Lucio Titio filio ſuo ſalutem. Certus de tuæ pietate, fidei tuę cõmitto, vti des præſtes illi & illi certam pecuniam. & Lucrionem ſeruum meum liberum eſſe volo.* Quæſitum eſt, cùm filius patris nec bonorum poſſeſsionem acceperit, nec ei heres extiterit: an ex epiſtula fideicommiſſa & libertatem præſtare debeat. Reſpondit, etſi neque hereditatem adiſſet, neque bonorum poſſeſsionem petiſſet, & nihil ex hereditate poſsideret: tamen nihil minus & ex ſtipulatu ab heredibus [p] patris, & fideicommiſſo ab his quorum intereſt, quaſi [q] debitorem conueniri poſſe, maximè poſt conſtitutionem diui Pij, quæ hoc induxit.

Qui ſtipulatur dotem ſibi reddi mãdato mulieris: in dubio prę ſumitur vt miniſter adhibitus. Bartolus.

Nuptura, duob⁹ filiis ſuis, quos ex priore marito habebat, mandauit [r] vt viginti quæ doti dabat, [ſ] ſtipularetur in omnem caſum quo ſolui poſſet matrimonium, vt etiam alterutri ex his to-

n *Donauit.* ſ. inter viuos ſub modo. aliàs nulla eſſet quæſtio. nam tam legatario quam donatario cauſa mortis poteſt legari: vt ſupra eod. l. j. §. penul. & l. iij. in prin. & l. v. §. j.

o *In rerum natura.* ſubau. eſſe deſiiſſet, aut in poteſtate eſſe deſiiſſet, &c.

p *Ab heredibus.* patris ſ. tantùm veteri iure: hodie verò iſtis fideicommiſſariis datur ex ſtipulatu: vt. C. de don. quæ ſub modo. l. quoties.

q *Quaſi debitorem.* à debitore poteſt legari: vt ſupra titu. j. l. ſi pecuniam. & l. ſi ſeruus leg. §. qui margarita. & facit infra de dona. l. hereditatem. & ſupra titu. ij. l. filio. & ſupra eo. l. Sextiliam. & .j. ad Trebel. l. ſi cui.

* In arch. erat, earum. minus rectè. Taurel. in adnot.

*Nuptura.*] CASVS. Titia habuit duos filios ex marito ſuo Titio. mortuo dicto Titio volebat nubere Sempronio, & dare ei in dotem. xx. fecit ergo dicta Titia venire dictos ſuos filios duos, & fecit eos ſtipulari à dicto Sempronio ſecundo marito dictam dotem in omnem caſum quo ſolui poſſet matrimoniũ inter eam & Sempronium, & fuerunt ſtipulati à Sempronio inſolidum, id eſt, vt etiã alterutri ex eis filiis Titiæ tota dos ſoluatur, id eſt, duo rei ſtipulandi fuerunt. iſtud autem faciebat mulier prædicta vt magis eſſet ſecura de dote ſua: non autem volebat quicquam dictis ſuis filiis donare. poſtea ita euenit de facto ꝙ conſtante matrimonio vnus ex dictis ſuis filiis deceſſit: vnde remanſit filio ſuperſtiti integra actio dotis. Titia autẽ prædicta petiit per epiſtolam ſuam vltimã voluntatem continẽtem, à dicto filio ſuperſtite, vt cùm exegerit à Sẽpronio ſuo marito partem dimidiam dictæ dotis, ea dimidia contentus eſſet, & aliam dimidiam remanere concederet apud maritum. poſtea deceſſit dicta Titia, & habuit heredem ab inteſtato dictum filium ſuperſtitem, & quoſdam alios. vult nunc filius conuenire Sempronium maritum ad integram dotem ex ſtipulatione. maritus opponit ei excep. doli propter epiſtolam matris ſupradictam, & dicit, non debeo tibi ſoluere niſi dimidiam dotis, imò dico tibi plus. dicit enim maritus: ego volo quòd tu liberes me per acceptilationem de media dotis. quæritur, quid iuris? & dicitur quòd maritus habet ius in eo quod dicit. ſoluit ergo maritus dimidiam dotis filio vxoris, & aliã dimidiam ſibi retinuit. vnde veniunt alij heredes mulieris, & agũt actione mandati contra filium eorum coheredem, & petunt ab eo dimidiam dotis quam ſoluit ei maritus. filius reſpondet eis, & dicit, non debeo vobis dimidiam dotis: quia mater mea reliquit eam mihi per fideicommiſſ. in epiſtola ſupradicta quam mihi miſit. expreſſit enim in ea epiſtola vt ego eſſem contentus parte dimidia dotis: propter quæ verba videtur mihi eam per fideicommiſſum reliquiſſe. quæritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd filius habet ius. Viuianus.

*Pater.*] CASVS. Lucius Titius habens filium à ſe emancipatum, qui vocabatur ſimiliter Lucius Titius, donauit inter viuos dicto ſuo filio vniuerſa ſua bona exceptis duobus ſeruis: & à dicto filio ita ſtipulatus eſt, tu promittis mihi quod omnia ea quæ extabunt de bonis meis quæ tibi donaui, reſtitues mihi cùm volam, vel cum morieris ſi viuam, aut cui ego volam? & filius dixit promitto. poſtea pater decedens miſit epiſtolam filio hæc verba continentem: fidei tuæ fili committo vt Mæuio præſtes decem, & Gaio decem: & Lucrionem ſeruum meum liberum eſſe volo. mortuo patre venit Mæuius & Gaius & Lucrio, & petunt à filio fideicommiſſa: & filius reſpondet eis, ego non ſum heres vel bonorum poſſeſſor patris mei, & nihil ex hereditate ſua poſſideo: imò habent hereditatem eius Petrus & Martinus: vndè non debeo vobis reſpondere. quæritur, quid iuris ſit? Et reſpondetur quòd heredes patris. ſ. Petrus & Martinus poſſunt conuenire filium ex ſtipulatu vt adimpleat prædicta. Item Mæuius & Gaius & Lucrio quorum intereſt, poſſunt petere fideicommiſſa eorum à filio quaſi à debitore patris. bene enim poteſt creditor onerare fideicommiſſis debitorem ſuum. Viuianus.

E

r *Mandauit.* nolens illis quicquam dare, ſed in ſtipulationis iſtius negotio illorum filiorum volens vti miniſterio. R.

ſ *Dabat.* ſecundo marito. Accurſius.

a *Per epiſtolam*. ſcilicet vltimæ voluntatis: vt &.C.de fideicom. l.& in epiſtola.& hoc etiam declarat reſponſio quæ fit infra.
b *Peti poſſe*. quaſi à debitore fideicom. relicto quod poteſt: vt.ſ. proxi.§.ſ.vt liberetur: vt.j.de lib.leg.l.iij.§.nunc. Sed contra.C.de iure do. l.ij. Sol. ibi voluit filio donare, hîc non. & eodem modo reſpõ.ſ. de pac. do.l.cũ maritus.§.fin.&.ſ. ſolu. mat.l. quæ dotis. & infra de do. præle. l. Seia. quæ ſunt contra.
c *De reliqua*. quæ non remanet in viro.
d *Maximè*. abundat, vt ſtatim ſubiicit.ſic. C.de man.teſta.l.fin. §.j.prætereà nullum eſſet fideicom.ſi filius antè literas teneretur mãdati, quia ei donatum eſſet.Azo.
e *Claudius*. confirmãs prædicta.
f *Dimidia*. præmittit dimidiæ.
g *Relinqui placuit*. non ergo præſumitur ab initio donatum filio: alioquin quo modo valeret fideicõmiſſ. eius quod ei donaſſet? & ſic facit hæc lex ad id quod no. ſupra de neg. geſ.l. Neſennius.

*Codicillis*.] CASVS. Titius libertus cuiuſdam qui vocabatur Maximus, fecit teſtamentũ ſuũ, & inſtituit ſibi heredes Gaium & Sépronium.poſtea fecit codicillos, & ita in eis ſcripſit: Maximo domino meo.x.milia denaria dari volo.Item eidem domino meo dari volo quinquies mille, quæ accepi in depoſitum à patruo dicti mei domini ea conditione, vt eidé domino meo maximo viro facto reddã: q patruus vocabatur Iulius Maximus. & dictũ depoſitum volo dari eidem meo domino cũ vſuris quæ cucurrerunt vſq; nunc, quæ ſunt in ſumma triginta milia. ita enim iuraui domino Iulio Maximo patruo dicti domini mei Maxi mi.mortuo dicto Titio agunt procu. domini dicti Maximi contra heredes dicti Titij actione depoſiti, & petunt dictas pecuniæ quantitates: & non habent pro ſe alias probationes niſi dicta verba codicillorum quæritur, nunquid obtinere dabeat dicti actores? Et dicitur quod ſic: & hoc ideò, quia dictus Titius teſtator & codicillator affirmauit in codicillis ſe iuraſſe prædicta reddere patruo domini ſui.
h *Codicillis*. videtur hîc in medio eſſe Græcum: eius autem interpretatio, volo omnia &c.
i *Maximo*. proprium nomen eſt.
k *Vt ei*. ſ.nepoti ac viro. No. virum demum eſſe adultum: ſicut & mulier, corrupta: vt.ſ.de contrahen.emp.l.alioquin.
l *Iuraui*. vſq; huc eſt Græci interpretatio: quam interpretationem R.non habebat, qui vaticinabatur hîc dicens quòd hæc pecunia fuit ab aliquo depoſita apud teſtatoré, vel à ſe apud vnũ de heredibus ſuis: & ſic fuit in Græco confeſſus: & q iurauit: verùm hæc confeſſio & iuramentum parum prodeſt: arg. C.de proba.l. rationes.&.l.exempla. &.ſ.de iureiuran. l.iij. §.j. ſecundum R. ſed certè imò prodeſt. vt hîc expreſſe dicit: quia contra ſe eſt confeſſus, & dictæ. ll. loquuntur quando pro ſe. & eſt ad hoc ſupra de interro. act.l.de ætate. §.j. & ſupra depo.l.Publia.§.fin. &.C.de fal.cau.adie.l.j. & ſupra de leg. ij. l. antepepul. §. quiſquis. & infra de dona. l. ex hac ſcriptura.
m *Credenda*. ab heredibus tãtùm: vt in authẽ. de iureiuran. à mo. §.j. colla.v. &. C. communia vtri. iu. l. ſcriptura. Arg.cõtra.ſ. proxi.§.ſed & ſi nõ crederetur, vim haberet fideicom. vt.d. §.quiſquis.

ta dos ſoluatur. conſtante matrimonio vno ex filiis mortuo, vxor per epiſtulam [a] petit à ſuperſtite filio, vti quandoque partem dimidiam dumtaxat dotis exigeret, & ea contentus eat: * alteram autem partem apud maritum eius remanere concedat. Quæſitum eſt, poſtea in matrimonio muliere defuncta, an maritus ſi de tota dote cõueniatur à filio, doli mali exceptione ſe tueri poſſit: & an vltro * ex cauſa fideicommiſſi actio ei competit, vt de parte obligationis accepto ei feratur. Reſpondit, & exceptionem vtilem fore, & vltro ex fideicommiſſo peti poſſe. [b] Idem quærit, an de reliqua [c] dimidia parte mandati actio vtilis ſit heredibus mulieris aduerſus filium eius. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, maximè [d] poſt literas ad filium ſcriptas, non fore vtilem. Claudius: [e] quoniam in his expreſſit vt contentus eſſet parte dimidia [f] * dotis. quibus verbis ſatis fideicommiſſum filio relinqui placuit. [g]

Confeſſio debiti facta in teſtamento ſi teſtator iurauit, vel iuraſſe ſe dicit, probationem inducit.

Codicillis [h] ita ſcripſit, †Βούλομαι πάντα τὰ ὑποτεταγμένα κύρια εἶναι. Μαξίμῳ τῷ κυρίῳ μου δηνάρια μύρια. πεντακισχίλια, ἃ παρ' ἔλαβον παρὰ καταθήκην παρὰ τῷ θείου αὐτοῦ Ἰουλίου Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, ἃ γίνονται σὺν τόκοις τρεῖς μύρια, ἀποδοθῆναι αὐτῷ βούλομαι. οὕτω γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα. [id eſt, Volo omnia quæ infra ordinata ſunt, firma eſſe. Maximo [i] domino meo denaria quinquies mille, quæ accepi in depoſitum à patruo eius Iulio Maximo, vt ei [k] viro facto vel adulto reddam, cum vſuris, quæ ſunt triginta milia, ei dari volo. ita enim patruo ſuo iuraui. [l]] Quæſitum eſt, an ad depoſitam pecuniam petendam ſufficiant verba codicillorum, cùm hanc ſolam, nec aliam vllã probationem habeant? * Reſpondit, ex his quæ proponerentur, ſcilicet cùm iuſiurandum dediſſe ſuper hoc teſtator adfirmauit, credenda [m] eſt ſcriptura.

Si teſtator confitetur ſe debere non capaci, talis confeſſio nil operatur. Bartolus.

Titia honeſtiſſima fœmina cũ [in] negotiis ſuis opera Callimachi ſemper vteretur, qui [n] ex teſtamento capere non poterat, teſtamento facto manu ſua [o] ita cauit: [p] †Τιτία διέθεμην καὶ βούλομαι δοθῆναι Καλλιμάχῳ μισθοῦ χάριν δηνάρια μύρια. [id eſt, Titia teſtamentum cendidi, ac placet vt Callimacho dentur mercedis gratia denariũm decem milia.] Quæro, an hæc pecunia ex cauſa mercedis ab heredibus Titiæ exigi poſſit. Reſpondi, non idcirco quòd ſcriptum eſt, exigi poſſe, [q] in fraudem [r] legis relictum.

Dictio, ſiue, non inducit reſtrictionem. ſimile de dictione ſeu. Bartolus.

Ex his verbis teſtamenti, *Omnibus quos quásve manumiſi, manumiſeram, ſiue his tabulis, ſiue quibuſcunque aliis, filios filiásve ſuos omnes concedi volo*. Quæſitum eſt, an his quos viuus manumiſiſſet, debeãtur filij. Reſpondit, his quoque quos quásve antè teſtamentum factũ manumiſiſſet, filios filiásve ex cauſa fideicommiſſi præſtari oportere. [f]

Prohibitio alienationis ad alienationem neceſſariam ſe nõ extendit, ſed ad voluntariam. Bar.

XXXVIII. IDEM *libro nonodecimo Digeſtorum*.

*Titia*.] CASVS. Honeſtiſſima mulier quæ vocabatur Titia, ita dixit in teſtamento ſuo, quod teſtamentum fecit ſua manu: ſciebat enim ſcribere: Volo dari Callimacho decem milia denariorum gratia mercedis: quia opera ſua vſa fui in negotiis meis. & in veritate dictus Callimachus erat talis perſona, qui ex teſtamento alicuius aliquid capere non poterat. quæritur, nunquid dictus Callimach⁹ poſſit petere dictam pecuniam ſub nomine mercedis? Et dicitur quòd non: quia præſumitur ei relicta in fraudem legis quæ eum prohibebat ex teſtaměto capere. Viuianus.
n *Qui*. Callimachus. Accurſius.
o *Sua*. Titiæ. ſic ergo fuit in ſcriptis.
p *Ita cauit*. habeas, diſpoſui & volui dari decem milia nomine mercedis. Accur.
q *Exigi poſſe*. quaſi ſit idonea probatio quòd merces debeatur Titiæ confeſſione, argu. ſuperioris rñ. ſed tamẽ contra eſt, vt ſubiicit, &.ſ. de teſta.l.qui teſtamentũ. & eſt ratio: quia ibi iurauit, & fuit capax legatarius: hîc in vtroque ſecus. & facit.ſ.tit.ij.l.in tacitis. &.l. Lucius. §.in teſtamento.
r *In fraudem*. quod ſemper præſumitur niſi contrarium probetur, ſecundùm Ro. vt.d.l.qui teſtamentum.

*Ex his*.] CASVS. Titius fecit teſtamẽtum, & multos ſeruos ſuos & ancillas libertate donauit: & alios & alias in ſeruiture reliquit: & poſtea in eodem teſtaměto ita dixit: omnibus quos quásve manumiſerim ſiue his tabulis, ſiue quibuſcunque aliis, volo concedi filios filiásve omnes eorum manumiſſorum. quæritur, an filij eorũ ſeruorum & ancillarum quos quásve viuus manumiſit, debeant ei concedi? Et reſpon. quòd ſic. Viuianus.
f *Oportere*. ſcilicet ab herede. ſi habeas in textu, inſtituerat, ſubaudi quas & dic præſtari oportere, ſcilicet eorum filios & filias. & facit. j.de ali.leg.l.à filio.§.ſina.

Marginal notes: * Flo. erit. — * Vltro. ſic ſ. de cond. cau. da. l.j. alij vltra legunt, id eſt inſuper. — * Flo. partis dimidiæ. — † Alci. lib. Diſp. 4. c. 12. locum hunc ex pãdectis Florentinis repoſuit: quẽ ita vertit Græc. Haloãder, Volo vt omnia quæ ſubiecta ſunt, firmitatẽ obtineant. Maximo domino meo denarium quindecim milia, quæ depoſiti nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi, vt illi, cum in virũ prouectus eſſet, Maximi reſtituerẽ: vt maximẽ cũ vſuris in triginta milia excurrant, ei reſtitui volo. ſic enim patruo eius iuraui. — * Flo. habeat? — † Vide Alcia. lib. Præter. 2. hoc ipſo tit.

UNED

**P**Ater filium heredem [a] prædia alienare ſeu pignori ponere prohibuerat:ſed conſeruari liberis ex iuſtis nuptiis & cæteris cognatis fideicommiſerat. filius prædia quæ pater obligata reliquerat, dimiſſo hereditario creditore nummis noui creditoris,à priore in ſequẽtem creditorẽ pignoris hypothecæ ve nomĩe trãſtulit.quæſitũ eſt,an pignus rectè cõtractũ eſſet. Reſpõdi, ſecundũ ea quæ proponerẽtur, rectè cõtractum.[b] Idẽ quæſiit,cum filius prædia hereditaria,vt dimitteret hereditarios creditores,diſtraxiſſet:an emptores qui fideicõmiſſum ignorauerunt, [c] bene emerint. Reſpõdi, ſecundum ea quæ proponerẽtur,rectè contractũ, ſi nõ erat aliud in hereditate vnde debitum † exſoluiſſet.[d]

Libertus liberti non cõtinetur appellatione libertorum. Bart.

C Duobus libertis Sticho & Eroте heredibus inſtitutis, ita cauit: *Fundum Cornelianum de nomine † meorum exire veto.* vnus ex heredibus Stichus ancillam Areſcuſam teſtamento liberam eſſe iuſſit, eiq; partem ſuam fundi legauit. quæro, an Eros & cæteri conliberti Stichi ex cauſa fideicõmiſſi eius fundi partem ab herede Stichi petere poſſint. Reſpondit,nõ contineri.[e]

Res contemplatione plurium prohibita alienari, ad eũ ex pluribus pertinet, qui ſupereſt tempore alienationis. Bartolus.

Filiam ſuã heredẽ ſcripſerat,& ita cauerat, *Veto autẽ ædificiũ de nomine meo* [f] *exire:ſed ad vernas* [g] *meos quos hoc teſtamento nominaui,* [h] *pertinere volo.* quæſitũ eſt, defuncta [i] herede, & legatariis [k] vernis,an ad vnũ libertũ qui remanſit,totũ B fideicõmiſſum pertineret. Reſpõdit,ad eũ qui ex vernis ſupereſſet, ſecundũ ea quæ proponerentur, virilem partem pertinere.

Alienatio prohibita ad tẽpus, videtur eſſe permiſſa poſt tẽpus. Bartolus.

Fundum à filio, quoad vixerit, vetuit venundari, donari, pignerari:& hæc verba adiecit: *Quòd ſi aduerſus voluntatẽ meam facere voluerit, fundum Titionum ad fiſcũ pertinere. ita enim fiet vt fundus Titianus de nomine veſtro* [l] *nunquã exeat.* Quæſitum eſt, cùm viuus filius eum fundum ſecundum voluntatem patris retinuerit:an defuncto eo, nõ ad heredes [m] ſcriptos à filio, ſed ad eos qui de familia ſunt,pertineat. Reſpõdit, hoc ex voluntate defuncti colligi poſſe, filium quoad viueret, [n] alienare vel pignerare nõ poſſe:teſtamẽti autem factionem & in eo fundo in extraneos [o] etiam heredes habiturum.

D Nudum præceptum vel prohibitio alienationis ſine cauſa alienationem non impedit. Barto.

*Pater filium.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium ſuũ filiũ,& prohibuit ei alienare ſeu pignori ponere prædia quæ A in hereditate ſui teſtatoris erant: ſed fidei eius commiſit vt dicta prædia conſeruaret filiis ſuis conceptis ex iuſtis nuptiis, & cæteris eius cognatis.mortuo Titio patre Seius eius filius tranſtulit pignoris & hypothecæ nomine in Gaiũ prędia hereditaria quæ pater obligata reliquerat Martino:& acceptis à dicto Gaio centũ mutuo ſup dictis prædiis, ſoluit ea cẽtũ Martino prædicto cui pater obligauerat dicta prędia pro centum: vel dicta prędia hereditaria vẽdidit Gaio pro centũ, & ea ſoluit Martino cui ea obligauerat pater pro centũ.quæritur,nũquid valeat obligatio vel alienatio prædicta? Et videtur ꝙ nõ, quia teſtator prohibuit obligationẽ & alienationẽ eorũ, & cũ cauſa. dicitur tamẽ hîc ꝙ valet vtrunq;, quia ea fecit filius ex neceſſitate, & nõ ex voluntate. Vi.

a *Heredem.* inſtitutum à ſe.

b *Rectè cõtractum.* quaſi ſecundus loco ſit primi.ſic. C. de his qui in prio.cre.l.j.& l.ij. & .ſ.de don,inter vi.& vxo. l.ſi donatæ.§.j.

c *Ignorarunt.* maximè. nam idem ſi ſciſſent.

d *Exſoluiſſet.*i.ſolui poſſet,prohibita ergo alienatione voluntaria vitũ quod vr- dictur prohiberi nõ neceſſaria.ſic.ſ.tit.ij.l.filiuſfam.§.diui.& §. cùm pater.& .ſ. titu.j.l. peto. §. prædiũ.& l. qui ſolidũ. §.fi. & .ſ.fa.erci.l.alienationes.& .ſ.de admi. tu. l.quidam.§.pe.& de rebus eo. qui ſub tu. vel cura.l.ſi pupillorum.

† Cõcor. c. placuit. in glo. ſuper verbo, neceſſitate.12.q.2. & ca.ea.eni. §. hoc ius porrectum. ibi, in cæteris eatenus excipitur, ſi debitum vrget.& ibi, ſi autem debitũ quod vrget,ex mobilibus ſolui non valet, primò res immobiles dentur pignori &c. 10.q.2.

† Tu ad loci huius intelligentiam vide Alci. li. Diſp.4.c.1. circa fi.

*Duobus.*] CASVS. Titius habebat multos libertos, inter quos erant Stichus & Eros.fecit dictus Titius teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes dictũ Stichũ & Erotẽ:& ita poſtea in eodẽ teſtamẽto cauit:fundũ Cornelianum meũ de nomine meorũ familiariũ exire veto.mortuo Titio teſtatore Stichus prædictus qui erat vnus ex heredibus,venit ad mortẽ: & Areſcuſam ancillã hereditariã teſtamẽto ſuo liberã eſſe iuſſit,& eidẽ Areſcuſę legauit partẽ ſuam dicti fundi Corneliani.poſtea defecerunt omnes illi qui cõtinebantur appellatione familiæ dicti Titij:& remãſerunt omnes liberti ſui præter dictũ Stichum.venit modo dictus Eros coheres Stichi. & cæteri colliberti Stichi,& petunt dictũ fundum Cornelianum ab herede Stichi prædicti, quaſi dicta pars fundi Corneliani ſit alienata per Stichũ in eam perſonã,ſcilicet Areſcuſam prædictã, quæ nõ continetur appellatione familiariũ dicti Titij teſtatoris.quæritur,vtrum poſſint?Et reſpon.quod ſic.Viuianus.

e *Non contineri.* Areſcuſam iſtã nomine meorũ:& ideò Stichi pars ad Erotẽ & cæteros collibertos pertinet: ſcilicet ſi deficiãt cæteri qui familiæ appellatione cõtinentur,qui ſunt præferendi: vt.C.de verb.ſign.l.ſi.& .ſ.tit.j.l.peto.§.fratre.& fa.j. de verbo. ſigni.l. Modeſtinus.Sed cõtra.ſ.tit.j. l.cùm pater.§.cũ inter. Sol. vt ibi.Vel ibi in filio libertæ,hîc in liberto libertæ & futuro de quo non cogitabatur.Itẽ ag.cõtra.j.de ali.leg.l.alimẽta.§.j.Sed ibi apparet ſolu.Itẽ contra ſupra tit.j.l.cùm pater.§.fidei ſol.ibi.

*Filiam ſuam.*] CASVS. Titius habẽs ædificiũ ſuper ſolo Sempronij inſtituit ſibi heredem filiam ſuam Seiã:& ita poſtea dixit,veto autẽ ædificium de nomine meo exire:ſed ad vernas meos.i.ſeruos ex ancillis meis natos, quos vernas hoc teſtamento nominaui & manumiſi, pertinere volo. mortuo dicto Titio teſtatore filia ſua Seia ab eo heres inſtituta,inſtituit ſibi heredẽ quendã extraneum qui non erat de familia ſua.poſtea dictus heres extraneus deceſſit. Itẽ deceſſerunt dicti vernæ legatarij,& remanſit vnus vel duo vel plures liberti qui nõ fuerãt ſerui vernæ.quæritur, nũquid ad eum vel ad eos quos ſuperuixiſſe dictũ eſt, ptineat totũ dictũ ædificium? Et dicitur ꝙ non: ſed ſi omnes vernæ ſuperuixiſſent,vel eorũ pars,ad quemlibet eorũ virilis pars dicti ædificij pertineret.ſi autẽ vnus tantũ ex dictis vernis vixiſſet, totũ dictum ædificium haberet. & hoc vult dicere litera, licèt ipſa nimis ſit breuis.Viuian.

f *Meo nomine.* huic verbo cæteri liberti qui nõ erãt vernæ,confidebãt: ſed perperam.Ro.

g *Sed ad vernas.* i.domeſticos ex ancillis ſuis.ſ. natos: vt inſti. e. §. huic autem proxima.

h *Nominaui.* manumittendo.

i *Defuncta herede.* & relicto herede alioqui nõ ſit de familia.R.

Vide Alciat. in hunc locum.

k *Et legatariis.* aliàs eſt, ad legatarios vernas: & tunc dic ad vnum liber tũ ſcilicet aliũ vt vernã. Itẽ ſecundum hoc dic, ad eum.i.ad eos omnes. vulgari enim & ſimplici ſermone hîc Scæuola vtitur. nam ad eum, pro, eos omnes ponit. ſic.ſ. tit.j.l. cũ quidã.& l. ſi pluribus. in princi. & propriè ponit virilẽ: vt.C.de cadu.tol.§. vbi autem.aliàs eſt in litera, & legatariis vernis ſcilicet defunctis omnib° præter vnum. & quod dicit ad vnum, ſcilicet vernam.& propriè ponit eum:ſed quod dicit, virilem,continet totũ * ex quo vnus tantum verna ſupereſt. nam pro toto pars,ſicut pro plurali ſingularis numerus ponitur: vt. j. de verb.ſignifi.l.virili.& l.in vſu.& .j.eod.l.Lucius.§. collegium. ſic & vniuerſitas remanet [a] in vno:vt.ſ.quod cuiuſque vniuer.l.ſicut. §.fina.Accurſius.

* Vide quæ de hac re ſcripſit Alci. in commẽ. ad.l.virilis.j. de verbo.ſignifi.

a] Concor. tex.cũ glo. in.c. gratiã. extra de po ſtu.præla.

*Fundum.*] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredem filium ſuum: & in eodem teſtamẽto quo eum inſtituit,eum vetuit venundare, donare,& pignerare fundum Titianum hereditariũ: & adiecit hæc verba:ſi aduerſus meam voluntatẽ facere voluerit dictus meus filius,fundũ Titianum prædictum ad fiſcum pertinere volo. ita fiet vt fundus Titianus prædictus de nomine veſtro nunquam exeat. E mortuo teſtatore filius retinuit dictũ fundum vſq; ad mortẽ ſuam: & cum venit ad mortẽ,inſtituit ſibi quendam extraneum in dicto fundo & in aliis ſuis bonis.modò quæritur,nunquid dictus extraneus poſſit tenere dictũ fundum,an verò illi de familia teſtatoris Seij:an verò fiſcus?& videtur ꝙ extraneus habere non poſſit: quia ita dixit teſtator.Seius:ita enim fiet vt fundus Titianus de nomine meo nunquã exeat & c.iudicatur tamen hîc ꝙ dictus extraneus habeat:quia per verba Seij teſtatoris talis eius voluntas colligi poteſt,ſcilicet filiũ donec viueret ſolummodò alienare vel pignerare vel donare nõ poſſe,ſed heredes etiã extraneos non ſolùm in aliis rebus,ſed etiam in dicto fundo inſtituere poſſe. Viuianus.

l *Nomine veſtro.* loquitur familiæ,& ex hoc oritur dubitatio.

m *Heredes ſcriptos.* ſcilicet extraneos.

n *Quoad viueret.* ſolummodò.

o *Extraneos.* vnde apparet ꝙ ſuperflua ſint illa verba, ita enim &c.& fa.C.de fideicom.l.voluntas. & .ſ. titu.ij. l.filiuſfami. §. diui. & .§.

&.§.cum pater.&.l.qui ſolidum.§.prædium.&.infra proxi.§. Item contra.s̃.tit.j.l.peto.§.fratre.Solu.vt ibi.

*Iulius Agrippa.*] CASVS. Iulius Agrippa primipilaris habens filiam Titiam, & exiſtens patruus magnus cuiuſdam mulieris quæ vocabatur Iulia,id eſt, frater aui Iuliæ dictæ.fecit teſtamentum,& inſtituit ſibi heredem dictam ſuam filiam, & præcepit in dicto teſtamento ne vllo modo reliquias rationum quę ſupererant à quodam qui adminiſtrauerat negotia ſua, & prædium ſuburbanum aut domum maiorem heres eius pigneraret, aut vllo modo alienaret: nec adiecit cauſam prohibitionis. dicta filia ſua heres ab eo ſcripta (vt dictum eſt) mortuo eo teſtatore heredem reliquit filiam ſuam, quæ erat neptis dicti teſtatoris,id eſt, Iulij Agrippæ primipilaris: quæ neptis mortua dicta ſua matre eaſdem res diu poſſedit: & decedens ipſa neptis extraneos inſtituit heredes in dictis rebus quæ prohibitæ ſunt alienari,& in aliis ſuis bonis. modò quæritur, an dicti extranei heredes neptis poſſint habere dictas res alienari prohibitas: an verò pertinerent ad dictam Iuliam cuius erat patruus magnus dictus Iulius Agrippa primipilaris:ſicque ipſa Iulia erat de familia Iulij. Et videtur quòd ad dictam Iuliam debeant pertinere:quia ideo dictarum rerum videtur prohibuiſſe alienationem,vt remanerent illis de familia ſua ſiue cognatione.quia autem ipſe hoc non expreſſit,ſicque fuit ſuum præceptum nudum: iudicatur hîc quòd heredes extranei dictæ neptis habere debeant.& hoc dicit.Viuianus.

l.9.§.5.eo.iterum repetitur.

Iulius Agrippa primipilaris teſtamento ſuo cauit, ne vllo modo reliquias [a] eius, & prædium ſuburbanum, aut domum maiorem [b] heres eius pigneraret, aut vllo modo alienaret.filia eius heres ſcripta heredem reliquit filiã ſuam neptem primipilaris, quæ eaſdem res diu poſſedit, & decedens extraneos inſtituit heredes. B Quęſitum eſt an ea prędia extraneus heres haberet:an verò ad Iuliam dominam quæ habuit patruum maiorem Iulium Agrippam,pertinerent.Reſpondi,cùm hoc nudum præceptum eſt,nihil proponi contra voluntatem defuncti factũ, [c] quo minus ad heredes pertinerent.

## Qui prohibetur alienare partẽ ſuam, non videtur prohibitus alienare partem quã redemit.Bar.

C Quindecim libertis quos nominauerat, prædiolum cum taberna legauerat,& adiecerat hęc verba:*Sibique eos habere poſsidere volo ea lege & conditione,ne quis eorum partem ſuam* [d] *vendere,donaréve, aliúdve quid facere alij velit. quòd ſi aduerſus ea quid factum erit: tunc eas portiones prædiúmve cum taberna ad rempublicam Tuſculanorum pertinere volo.* quidam ex his libertis [e] vendiderunt partes ſuas duobus conlibertis ſuis ex eodem corpore:emptores autem defuncti Gaium Seium extraneum heredem reliquerunt. quæſitum eſt,partes quæ venierunt,vtrum ad Gaium Seium, [f] an ad ſuperſtites collibertos ſuos, qui partes ſuas non vendiderunt,pertinerent.Reſpõdit, ſecundum ea quæ proponerentur, ad Gaium Seium pertinere.Idem quæſiit,an partes venditæ ad rempublicam Tuſculanorum pertinerent. Reſpondi non pertinere. [g] Claudius: quia non poſſidentis perſona,qui nunc extraneus eſt, reſpicienda eſt, ſed emptorum,qui ſecundum voluntatem defunctæ ex illis fuerunt quibus permiſerat teſtatrix venundari, nec conditio exſtitit [h] dati fideicommiſſi Tuſculanis.

## Fideicommiſſum quod tenuit à principio:ſi deficit expoſt facto, remanet apud legatarium.Bart.

Fidei commiſit eius cui duo milia legauit,in hæc verba: *A te Petroni peto vti ea duo milia ſolidorum reddas collegio cuiuſdam templi.* quęſitum eſt,cùm id collegium poſtea diſſolutum ſit, vtrum legatum ad Petronium pertineat: an verò apud heredem remanere

[a] *Reliquias.* puta monumẽtum quod vnà cum prædio in quo eſt, poſſet alienari vel ignoranti,niſi eſſet prohibitio:vt.s̃.de act.emp.l.ſi mercedem.§.j.&.s̃.de contrahen.empt.l.& liberi.

[b] *Maiorem.* fratrem aui paterni:vt inſti.de gradi.§.quarto.

[c] *Factum.* imò extraneum inſtituendo facit contra voluntatem:vt ſupra titu.j.l.peto.§.fratre.quæ eſt contra. Solu.tranſit ad heredem etiam extraneũ: vt hîc. ſed agitur ad intereſſe,vt ad legitimum inſtitutum tranſiret ſine pœna.ſecundum Io.Sed contra ſupra tit.j.l.codicillis.§. matre. vbi excludunt legitimos omninò. ſed certè ibi fuit ſpecialiter prohibitus legitimus: vel hoc fuit præceptum nudum in.l.illa peto.& in illa.l.codicillis.non fuit nudum.ad quod eſt ſupra titu.ij.l.ſi filius.§.diui. Item ad hoc infra eodem.l.Lucius.in princip. & ſupra tit.j.l.cùm pater.§.libertis.&.l.qui ſolidum.§.prædium.& ſupra proxi.§.

*Quindecim.*] CASVS. Titia fecit teſtamẽtum,& inſtituit ſibi heredem, & legauit quoddam prædiolum ſuum cum taberna quindecim ſuis libertis quos nominauit in teſtamẽto, & adiecit poſtea talia verba: & volo eos libertos ſibi habere & poſſidere dictũ prædiolum cum taberna ea lege & conditione ne quis eorum partem ſuam vendere,vel donare,vel aliquid aliud facere alij extraneo velit:quòd ſi aduerſus ea aliquid factum erit,tunc eas portiones prędiúmve cum taberna ad rempublicam Tuſculanorũ pertinere volo.mortua dicta teſtatrice duo ex dictis quindecim libertis vendiderunt ſuas partes dicti prædioli cum taberna duobus aliis de dictis quindecim libertis,puta Sticho & Pamphilo. dicti autem emptores venerunt ad mortem, & inſtituerunt ſibi heredem quendã extraneum qui vocabatur Gaius Seius,modo quęritur,vtrum partes dictæ venditæ pertineant ad Gaium Seium extraneum inſtitutum à Sticho & Pamphilo emptoribus, an ad ſuperſtites collibertos qui partes ſuas non vẽdiderunt, an verò ad rempublicam Tuſculanorum? Et reſpon.quòd ad Gaium Seium extraneum debent pertinere, & non ad alios collibertos, vel rempublicam Tuſculanorum eſt ratio ſecundum Claudium quare non pertinerent ad collibertos, quia non eſt reſpicienda perſona poſſidentis, id eſt, Gaij Seij extranei inſtituti à Sticho & Pãphilo qui emerunt ab aliis:ſed eſt inſpicienda perſona dicti Stichi & Pamphili emptorum, qui ſecundum voluntatem defunctæ tacitè ex illis libertis quindecim fuerunt,quibus tacitè permiſerat teſtatrix vendi, ſi inſpiciatur eorũ perſona: & ipſi nec alij nõ ſunt prohibiti alienare niſi partes ſuas. ergo partes quas emerũt ab aliis ſecundum tacitam voluntatem defunctæ, non ſunt prohibiti alienare, vel extraneos in eas heredes inſtituere. Item ratio eſt quare nõ habet reſpublic.Tuſculanorum: quia conditio dati dictæ reipubli. fideicommiſſi partium contra præceptum teſtatricis alienatarũ non extitit, eo quòd fuerunt partes prædictæ venditæ dicto Sticho & Pamphilo: vel ideò quòd dicti emptores extraneum heredem reliquerunt: quia vt dictum eſt, inſpiciẽda eſt perſona emptorum, & non heredis extranei. Viuianus.

[d] *Partem ſuã.* nota partem ſuam.

D [e] *Ex libertis.* quod permiſit tacitè defunctus: vt.C.de fideicom.l.voluntas.&.l.quoties.R.& in fine huius.§.

[f] *Ad Gaium Seium.* ad collibertos enim non pertinent:quia ſi alienarentur,non ipſi ſed reipubl.teſtator eas voluit reſtitui.R.

[g] *Non pertinere.* ſed ipſorum partes quas ex teſtamento habuerunt, non quas à collibertis emerunt, reipubli.debebuntur extraneo herede inſtituto:vt ſupra titu.j.l.peto.§.fratre.quæ eſt contra. quilibet enim de familia de parte ſua tantùm, & non de parte eorum qui ſunt de familia,rogatus eſt, ex quacumque cauſa eam partem quærat: ſed partem ſuam quilibet neceſſe habet ſeruare, vt dixi.

[h] *Conditio extitit.* ſcilicet quia fuerant partes venditæ collibertis: ſed extitit,quia extraneum inſtituit:vt.s̃.tit.j.l.peto.§.fratre.quæ eſt contra,ſecundum H. Vel dic,nec tunc,niſi in partibus ſuis quas ex teſtamento habent:vt dixi ſecundum R.& facit ſupra eod.§.fundũ E Titianum. & ſupra titu.j l. cùm pater.§.libertis.&.l.qui ſolidum.§.prædium.&.l.vnum ex familia.§.j.

*Fidei commiſit.*] CASVS. Quidam nomine Tuſculanus inſtituit ſibi heredem Titium,& legauit cuidam nomine Petronio duo milia ſolidorum:& fidei dicti Petronij commiſit in hæc verba: A te Petroni peto vt dicta duo milia ſolidorum quæ tibi legaui, reddas collegio pone beati Dominici. mortuo dicto Tuſculano dictũ collegium diſſolutum eſt antequam dictus Petronius aſſequeretur ab herede dicti Tuſculani dicta duo milia ſolidorum: & ſic annihilatum eſt fideicommiſſum dicto collegio relictum. modò quæritur, vtrum dictum legatum pertineat ad Petronium legatarium, an verò remaneat apud heredem Tuſculani?Et reſpondetur quòd ſi non remanſit per Petronium quò minus ſolueret dictum fideicommiſſum collegio, ſed per caſum diſſolutionis collegij: poteſt petere Petronius ab herede Teſculani dicta duo milia ſolidorum. Viuianus.

a Non *ſtetit*. ſed per caſum fortuitum. Sed contra.ſ. tit.j.l. ſi quis Titio. Sol. hîc aliàs erat legaturus, ibi non, ſed vt miniſtro. Item contra.ſ. tit.j.l. codicillis. in princi. Sol. vt ibi. Item contra.j. de adimen. leg.l. filio.§.j. Sol. & ibi vt miniſtro. Item facit.ſ.tit.j.le. ſi quis quos.&.l.Iulianus.&.ſ. titu.ij.l. ſi fundum per.§.j.

debeat. Reſpõdit Petronium iure petere, vtiq; ſi per eum nõ ſtetit [a] parére defuncti voluntati.

Non ſolùm ex verbis, ſed ex mente teſtatoris fideicõmiſſum inducitur. Bartolus.

Pater filios heredes ſcripſerat, & adiecerat: *Prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura ſunt, nulla ex cauſa ab alienent, ſed conſeruent ſucceßioni ſuæ: déque ea re inuicem ſibi caueant*. ex his verbis quæſitum eſt an prædia per fideicõmiſſum relicta videantur. Reſpondit, nihil de fideicommiſſo proponi. [b]

Verba inſtitutionis trahuntur ad fideicommiſſum. Bartolus.

Ex parte dimidia heredi inſtituto per præceptionem fundum legauit, & ab eo ita petiit: *Peto vti velis coheredem tibi recipere in fũdo Iuliano meo, quem hoc amplius te præcipere iußi, Clodium Verum nepotem meum, cognatum tuum*. quæſitum eſt, an pars fundi ex cauſa fideicommiſſi nepoti debeatur. Reſpondit deberi. [c]

Verba enuntiatiua ad grauatum directa, diſpoſitionem inducunt. Bartolus.

XXXIX. IDEM *libro vicenſimo Digeſtorum.*

P*Amphilo liberto hoc amplius quàm codicillis reliqui, dari volo cẽtum. Scio omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura: cùm affectionem tuam circa eos bene perſpectam* [d] *habeam*. Quæro, an verbis ſupraſcriptis Pamphili fidei cõmiſit, vt poſt mortem filiis defuncti centum reſtituat. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, non videri quidem, quãtum ad verba teſtatoris per-

*Pater filios.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium ſuos filios: & adiecit hæc verba: prædia quæ ad eos ex bonis meis peruentura ſunt, nulla ex cauſa alienent, ſed conſeruent ſucceſſioni ſuæ, ſcilicet filiorum. & ita fecit Titius quòd dicti filij cauerent ſibi inuicem quòd ita obſeruarent. mortuo dicto Titio, ſucceſſores dictorum filiorum Titij petebant à dictis filiis Titij dicta prædia per fideicom. quæritur, nũquid poſſint? Et dicitur quòd non: ſed mortuis dictis filiis Titij bene debent peruenire dicta prædia ad ſucceſſores filiorum Titij. Viuianus.

b *Proponi*. quò ad verba, ſecus ex mente, quæ præualet: vt.ſ.eo.l.fideicommiſſa.§. hæc verba. &.ſ. tit.ij.l. hoc modo. &.ſ.l.eo modo.& ſupra titu.j.l.vnum ex familia §.fi. & facit.j.eo.l. Iulianus.§.j.

*Ex parte.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes Seium & Sépronium quemlibet pro dimidia, & pręter partem hereditariam prædictã prælegauit Seio quendam ſuum fundum nomine Iulianũ, & ab eo Seio ita petiit: peto à te vt velis coheredem tibi recipere in dicto fundo Claudium Verum nepotem meum, qui eſt tuus cognatus. quæritur, an pars dicti fundi debeatur dicto Claudio ex cauſa fideicom. Et reſpon. quòd ſic, licèt nomine coheredis ſit vocatus. Viuianus.

c *Deberi*. licèt non nomine fideicõmiſſarij ſed coheredis ſit vocatus. & facit.j. eo.l. Lucius.§. fi. Sed contra infra eo.l. Iulianus.§. ex his. ſed illud de rigore: vt.j.proxi.nota.vel alia verba ſunt ibi.

P*Amphilo.*] CASVS. Titius fecit codicillos, & Pamphilo liberto ſuo in eis codicillis multa reliquit: poſtea fecit teſtamentum, & inſtituit filios ſuos ſibi heredes: & ita in eodem teſtamento dixit, Pamphilo liberto meo hoc amplius quàm in codicillis reliqui, dari volo centum. Item poſtea ita ſubiunxit, ſcio omnia quæ tibi Pamphile relinquo, ad filios meos peruentura, cùm affectionem tuam circa eos bene perſpectam habeam. quæritur, vtrum videatur Titius per dicta verba Pamphili fidei commiſiſſe vt poſt mortem ſuam Pamphili reſtituat centum prædicta filiis defuncti? & dicitur quòd non quantum ad dicta verba teſtatoris, ſed ſecundũ ſententiam ſic. [PROPOSITVM.] Titius & Gaius Seius milites erant, & erant contubernales, id eſt ſocij in quodam caſtro pro imperatore. dictus Titius non habens liberos nec cognatos, infirmus exiſtens, conuocatis amicis ſuis dixit dicto Gaio contubernali ſuo quòd volebat ei relinquere prædium ſuum Titianũ, & Cornelianum: & Gaius Seius interrogauit eum coram teſtibus ſi ita placebat ei, & ipſe reſpondit quòd ſic. quæritur, nunquid ex cau-

ſa fideicommiſſi dicta prædia pertineant ad Gaium Seium? Et vi-
A detur quòd non: quia Titius non dixit, relinquo: imò dixit, volo relinquere. Reſpõdetur tamen quòd ſic. [DVAS FILIAS.] Titius inſtituit ſibi heredes duas ſuas filias ex æquis partibus, quarum vna vocabatur pone Titia, & alia Seia: & alteri puta Titiæ prælegauerat fundum Titianum: & ab eadem Titia petiit gratia dicti prælegati vt ſorori ſuæ Seiæ viginti daret. Item petiit ab eadem Titia vt partẽ dimidiã dicti fundi Titiani dictę Seiæ reſtitueret. mortuo Titio eſt nunc quæſtio inter Titiam & Seiam de dictis viginti. & dicebat Seia ſe debere habere medietatem fundi & viginti. Titia autem dicebat quòd Seia non debebat habere niſi medietatẽ fundi: quia per fideicõmiſſum relictum Seiæ à Titia de medietate fundi fuit annihilatum legatum Titiæ de dicto fundo: quia illa pars fundi prædicti quę remanet apud Titiam, non remanet apud eam iure prælegati: imò iure hereditario. cũ enim vni ex heredib⁹ aliquid pręlegatur, medietatem prælegati capit à coherede ſuo iure prælegati: & aliã medietatem iure hereditario: quia à ſeipſo non poteſt ſibi legari. Si ergo eſt annihilatum prælegatũ meum, dicit Titia: ergo debet præſumi quòd nec tibi Seiæ voluerit pater noſter dari per me viginti prædicta. quæritur, quid iuris ſit? Et reſpon. quòd Titia fouet rationem: & non dabit Seiæ niſi medietatem fundi. Viuianus.

tinet, fidei commiſſum Pamphili, vt centum reſtitueret: ſed cùm ſententiam [e] defuncti [f] à liberto decipi ſatis inhumanum eſt, centum ei relictos, filiis teſtatoris debere reſtitui: quia in ſimili ſpecie [g] & imperator noſter diuus Marcus hoc conſtituit.

Verbum volo, ſeu vellem, in-
B ducit diſpoſitionem quãdo à teſtatore profertur. Bartolus.

Propoſitum eſt, [h] non† habẽtem liberos nec cognatos, in diſcrimine vitæ cõſtitutum per infirmitatẽ, arceſſitis [i] amicis, Gaio Seio cõtubernali [k] dixiſſe [l] quòd vellet ei relinquere prædia quæ nominaſſet: eaq; dicta in teſtatio nem Gaium Seiũ redegiſſe, [m] etiam ipſo teſtatore interrogato an ea dixiſſet, & reſponſo eius tali μάλιςα inſerto. [n] Quæſitũ eſt,
C an prædia quæ deſtinata eſſent, ex cauſa fideicõmiſſi ad Gaium Seium pertinerent. Reſpondit, ſuper hoc nec dubitandum eſſe quin fideicommiſſum valet.

†Sic Flo. rectè. alij codices habẽt accerſitis, non rectè. .i. maximè. Alci. libr.j. parerg. c.aj.

Reuocato legato videtur reuocatũ onus legato appoſitũ. Bar.

Duas [o] filias æquis ex partibus heredes fecerat: alteri [p] fundum prælegauerat: & ab ea [q] petierat, [r] vt ſorori ſuæ viginti daret. ab eadem [ſ] filia petiit, vt partem dimidiam fundi eidem ſorori reſtitueret. quæſitum eſt, an vigin-
D ti præſtari non deberent. Reſpõdi non eſſe præſtanda. [t]

Grauatus præſtare fideicõmiſſum tenetur ad illud in ſolidum: licèt tam ipſe quàm alius cum eo ſuccedat defuncto alio iure quã defũctus crederet, ſed in eadem portione. Bartolus.

d *Perſpectam habeam*. quaſi dicat. & ideò nominatim & expreſſim te non grauo.

e *Cùm ſententiã*. tacitã.

f *Defuncti*. qui plurimũ confidẽs de liberto, nõ grauauit eũ expreſſim.

g *In ſimili ſpecie*. ſ.inter virũ & vxorem: vt.ſ. tit.j.l.vnũ ex.§.fi.& facit.j. de adi.le.l. alũnæ.in prin.& facit.ſ.proxi.§.pe. cũ ſuis concor.

h *Propoſitum eſt*. quendam militem.

i *Arceßitis*. id eſt vocatis.

k *Contubernali*. ex hoc verbo liquet teſtatorẽ hunc fuiſſe militem.
E R. cũ contubernales propriè dicãtur in exercitu, in eodẽ puta tentorio duo milites vel tres: vt.ſ.cõmoda.l.rem mihi.§. in exercitu.

Contubernales qui dicuntur.

l *Dixiſſe*. propoſitum eſt, quod eſt.ſ. in princip.§.

m *Redegiſſe*. id eſt, vocauit de hoc teſtes.non autẽ fuit ſcriptum.

n *Tali inſerto*. ſcilicet quòd dixit ſe dixiſſe.nã ad interrogatũ in Latino, videtur reſponſum in Græco: vt inſti.de inuti.ſtip.§.præterea. eſt enim hîc Græcum. & facit.ſ. de mili.teſta.l. diuus.

o *Duas*. puta Titiam & Seiam.

p *Alteri*. ſcilicet Titiæ.

q *Et ab ea*. ſcilicet Titia.

r *Petierat*. ſcilicet gratia huius prælegati.

ſ *Ab eadem*. ſcilicet Titia: & ſic prælegatum eſt nullum.

t *Præſtanda*. cum enim certũ ſit teſtatorem pœnituiſſe de prælegato, ergo & de onere propter id impoſito videtur pœnituiſſe. & ſic no. ſecundum R. quòd ſi vni ex heredibus aliquid prælegatur, &

tur,& partem eius & aliquid aliud rogetur reſtituere pro eo quod ſupra eſt : non valet relictum.

P*oſt emancipationem.*] CASVS. Gaius habens filiam Titiā quam habuit poſtquā fuit emancipatus à patre ſuo, habebat ſimiliter fratrē Seium qui erat patruus ad dictā Titiā,& qui Seius per emācipationē dicti Gaij fratris ſui deſiit eſſe eius agnatus,& cœpit eſſe inter cognatos. Item habebat dictus Gaius pater Titiæ fratrē vxoris ſuæ Gaiæ : quæ Gaia erat mater dictæ Titiæ. qui frater vxoris Gaij erat auunculus ad dictā Titiā, & vocabatur Titius. deceſſit dictus Gaius, & remanſit filia Titia: quę Titia fecit codicillos : & credens dictū ſuum patruum adhuc eſſe eius agnatum,& ſolum habere debere hereditatē eius ab inteſtato, petiit ab eo in dictis codicillis vt partem hereditatis dicto Titio auunculo ſuo daret, & vt daret eidē auunculo fundum Titianū & Seianū qui erant ipſius Titiæ. Itē petiit ab eodem patruo vt quædā fideicōmiſſa quibuſdā aliis daret. mortua dicta Titia bonorum poſſeſſio ſua peruenit ſimul ad dictū patruum & auunculum : quia erant eius proximi cognati. auunculus eſt enim inter cognatos: patruus autē factus eſt inter cognatos per emancipationē prędictā Gaij patris Titiæ: & ſic deuenit hereditas Titiæ ad eos quos ipſa volebat, licèt alio tramite. de fideicommiſſo ergo patris hereditatis dando per patruū auunculo, planum eſt ꝙ non valuit, ideò quia ſuo iure per bonorū poſſeſſionem eam partē hereditatis habiturus erat auunculus. ſed de fideicōmiſſo dicti fundi Titiani & Seiani dando per dictum patruum auunculo quæritur hoc modo,id eſt an dictus Titius auunculus ambas partes dictorū agrorum habere poſſit, ſcilicet vnā partem ſuo iure per bonorum poſſeſſionē, aliam verò ex cauſa fideicōmiſſi petere poſſit à patruo coherede ſuo ? & dicitur quòd ſic. Sed quid ? nunquid dictus patruus debet ſolus & in ſolidū præſtare alia fideicōmiſſa relicta per Titiam ab eo patruo quibuſdā aliis : an verò tantū pro parte hereditatis Titiæ quæ ſibi remāſit ? Et dicitur quòd in ſolidū.[SEIAM EX.] Titius inſtituit ſibi heredem Seiam ex nouem vnciis hereditatis ſuæ, & Mæuiū in tribus : & ita poſtea dixit ; quiſquis de omnibus heredibus meis heres mihi erit, præſtet illud quod alicui legaui, & præſtari fierive iuſſero . poſtea fidei prædictæ Seiæ in nouem vnciis inſtitutæ cōmiſit in hæc verba : à te Seia peto,fideique tuæ cōmitto,vt quicquid ex hereditate mea ad te peruenerit,reſtituas filio tuo retentis tibi hortis meis, in quibus quidem hortis dicta Seia habebat tres partes, ſicut ipſa erat inſtituta in nouem vnciis, & coheres ſuus Mæuius habebat in eis hortis tres partes,ſicut ipſe fuit in tribus vnciis inſtitutus. modò quæritur,vtrum Seia debeat habere integros hortos prędictos,cū dictas nouem vncias hereditatis reſtituit filio ſuo ſecundum præceptum teſtatoris ? Et reſpondetur quòd ſic. nam fidei Mæuij coheredis videtur cōmiſſum per teſtatorem vt redderet Seiæ illas tres partes quas in dictis hortis habebat dictus Mæuius: vt dictum eſt. Viuianus.

XL. IDEM *libro vicenſimoprimo Digeſtorum.*

POſt emancipationem patris ſuſcepta, [a] à patruo vt legitimo [b] herede petierat vt partem hereditatis auunculo [c] ſuo daret,& agros duos.ad vtrumq; autem vt proximū cognatum ſucceſſio eius pertinuit per bonorum [d] poſſeſſionem. Quæſitum eſt, cùm in parte hereditatis fidei commiſſum non conſtiterit, quā ſuo iure per bonorum poſſeſſionem auunculus habiturus eſt,an nihilo minus in partem agrorum conſiſtat, vt Titius partes agrorum duas, [e] id eſt vnam quam ſuo iure per bonorum poſſeſſionem habeat : alterā verò partem ex cauſa fideicōmiſſi petere debeat. Reſpondit poſſe [f] petere. Idem quæſiit, ſi ab eodē patruo fideicōmiſſum aliis quoque dederit vtrum in ſolidū, an verò ꝓ parte ab eo præſtanda ſint. Reſpondit, in ſolidum præſtari. [g]

Iuſſus aliquod corpus hereditarium retinere, pro parte ſua retentionem, pro parte coheredum etiam petitionem habebit. Bartolus.

Seiam ex dodrante, Mæuium ex quadrante inſtituit, heredes: fidei Seiæ commiſit in hæc verba: *A te peto, tuæque fidei committo, quicquid ex hereditate mea ad te peruenerit, reſtituas filio tuo, retentis* [h] *tibi hortis meis.* Quæſitum eſt, cùm generali capite fideicōmiſiſſet, quiſquis heres eſſet de omnibus vt præſtarent quod cuiq; legaſſet, præſtari fierive iuſſiſſet: an cùm dodrantē hereditatis reſtituerit, hortos in aſſem vindicare Seia debet. Reſpōdit,etiam coheredis fideicōmiſſum videri, [i] vt quadrantem quem in his hortis haberet Seiæ, redderet.

Si verba legati ſunt ambigua, cauſa legati eſt inſpiciēda. Bar.

XLI. IDEM *libro vicenſimoſecundo Digeſtorum.*

VXorem & filium communē heredes inſtituit, & vxoris fidei cōmiſit in hęc verba: *Peto à te domina vxor,ne ex fundo Titiano partem* [k] *tibi vindices, cùm ſcias me vniuerſam emptionem eius fundi feciſſe, ſed beneficio affectionis* C *& pietatis quam tibi debui, eandem emptionem,cùm nummis meis comparaſſem,tecum communicaſſe.* Quæſitum eſt, an eum fundum in ſolidum filij eſſe voluerit. Reſpondit,eum de quo quæreretur, perinde rationem in fundo haberi voluiſſe, † ac ſi vniuerſus hereditarius eſſet,vt pro dimidia parte & vxor & filius agrum vt hereditarium habeant.

Non eſt veriſimile teſtatorem grauare heredem voluiſſe duplici præſtatione.Bartolus.

D In teſtamēto ita ſcriptum fuit,

a *Suſcepta.* & cōcepta:vt inſti.quibus modis ius pa. po. ſol.§.fi.

b *Vt legitimo.* ergo in codicillis rogauit: in quibus poſſunt grauari legitimi : vt.ſ.tit.iij.l. conficiuntur.in prin. Et nota quòd hîc ignorabat ius agnationis eſſe finitum per emancipationem ſui patris: A hodie tamen non tollitur inter patrem & filium : & ſic nec inter hanc neptem & patruum: vt inſtitu.de leg.agna.ſuc.§.fi.

c *Auunculo.* & ſic per fideicōmiſſum auunculum heredē fieri voluit ſimul cum patruo ſcilicet quem ſperabat ei ſucceſſurum.

d *Per bonorum poſſeßionem.* vnde cognati: qua vocantur etiam agnati capite minuti : vt inſtitu.de ſucceſſ.cog.in prīcip. & ſic deuentum eſt eò quò defuncta voluit, licèt alio tramite.

e *Duas.* non dicit duas reſpectu tertiæ : ſed id eſt ambas, eis diuiſis in duas partes.

f *Poſſe.* hoc enim voluit teſtatrix vt prædia in ſolidū haberet auunculus.

g *Præſtari.* non aperit à quo : vnde ſi dicas ab vtroque, obſtat ſupra tit.j.l. Celſus. §. penult. vbi neuter præſtat : nec is qui ſperabatur & nō eſt,nec alius qui eſt pręter ſpem. Solu. illud eſt cum fit teſtamentum, & vnus inſtituitur. nūc enim ſi ille non eſt heres,non valet teſtamentum, & ideò nec legatum. hîc autem fecit codicillos : ſed dicas à patruo ſolo. Sic enim hîc quærit : ad quod videtur eſſe reſponſum. ſed tunc eſt contra. ſ. tit.j.l. cum pater. §. cùm exiſtimaret. & de codic.l.is qui. Sol. ibi de æquitate : hîc de rigore. vel ibi vnum tantùm credebat ſucceſſurum: vndè non mirum ſi legatum minuitur. hîc autē de ambobꝰ credidit: & ambo ſunt, licèt alio tramite quàm ſperabat : & ſic patruus ſolidū pręſtat.

† Cōcor. gl. in verbo. ꝓpoſuit. ibi ar. quòd nō eſt recedendum à ſignificatiōe verborū,niſi cū cōſtet teſtatorem aliud voluiſſe. c. ex literis. extra deſpō. & matrimo-

h *Retentis.* hinc oritur quæſtio,vt.j.dicam.

i *Fideicommiſſum videri.* licèt ſit retinere eorum tantùm quæ iam habemus. & facit.ſ.titu.j.l.cùm pater. in prin. &.ſ. tit.ij.l. ſi ſeruus legatus.§.fina. & de alimen.leg.l. à filio.

V*Xorem.*] CASVS. Titius de ſua propria pecunia emit fūdum Titianum : ſed quia diligebat vxorem ſuam Seiam,fecit dicere chartam emptionis in ſe : & in ea poſtea fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem dictam vxorem, & filium quem ex ea habebat:& vxoris fidei cōmiſit in hæc verba: peto à te domina vxor ne vindices tibi ex cauſa emptionis partem ex dicto fundo, cùm ſcias me vniuerſam emptionem ipſius fundi feciſſe, ſed communicaſſe me tecum eandem emptionem beneficio affectionis & pietatis quam tibi debui. modò quæritur, vtrum per dicta verba debeat E habere filius totum fundum ? Et dicitur quòd non : imò videtur voluiſſe dictus Titius teſtator vt pro dimidia diuidant dictū fundum : cùm ſi non dixiſſet dicta verba, & non apparet alio modo totam emptionē in veritate teſtatoris fuiſſe, vxor haberet dimidiā fundi ex emptione,& aliam dimidiam diuideret cum filio. Viuia.

k *Partem.* id eſt dimidiam. aut partem : alioquin ſi hoc non dixiſſet, vxor haberet dimidiam, & aliam dimidiā diuideret cū filio per medium, & ſic filius haberet quartam, & reliquam vxor: vt.j. de pecu.lega.l. dominus.§. dominus. & facit.C.ſi quis alteri vel ſibi.l. multùm.&.ſ. titu.ij.l. ſerui electio.§.fi.

*In teſtamento.*] CASVS. Titius habens multos libertos, inter quos erat quidam qui vocabatur Fortunius, ita inter alia ſcripſit in teſtamento ſuo : domum meā Titianam cum horto ei applicito libertis meis concedi volo. poſtea ita dixit : Fortunio liberto meo ex dicta domo diætam in qua habitabam, item cellariū iunctum

*Domum meam cum horto applicito*[a] *libertis meis concedi volo.* & alio[b] capite, *Fortunio liberto meo ex domu mea quam libertis dedi, diætam in qua habitabam, item cellarium iunctum eidē diætæ ab herede meo cōcedi volo.* Quæſitū eſt, an heres teſtatoris oneratus videatur in prȩſtādo legato Fortunio, quãuis domus vniuerſa libertis ſit prȩlegata. Reſpōdit, non eſſe oneratū.[c]

## Legato generali per minus generale derogatur. Bartolus.

Codicillis cōfirmatis ita cauit, *Omnibus autem libertis meis & quos viuus, & quos his codicillis manumiſi, vel poſtea manumiſero: contubernales ſuas,* † *item filios filias lego, niſi ſi quos quásve ad vxorem meam teſtamento pertinere volui, vel ei nominatim legaui, legauero.* Idē poſtea petiit ab heredibus ſuis vt regionem Vmbrię Tuſciæ Piceno coheredes vxori ſuæ reſtituerent cum omnibus quæ ibi erunt, & mancipiis ruſticis vel vrbanis, & actoribus, exceptis manumiſſis. Quæſitum eſt, cùm Eros & Stichus ſerui in diem vitæ teſtatoris in Vmbria in Piceno actum adminiſtrauerint, ſint autem Damæ,[d] quem teſtator viuus manumiſerat, filij naturales: vtrum eidem Damæ ex verbis codicilli ab heredibus præſtandi ſint: an verò ad Seiam vxorem ex verbis epiſtulæ pertineant. Reſpondit, ex codicillis ad patrem eos naturalē pietatis intuitu[e] pertinere.

† .i.vxores. malè Haloā der, ſuos. Ant. Aug. li. ȝ. c.2.

A eidem dię tæ ab herede meo concedi volo. quæritur, vtrum heres teneatur præſtare Fortunio dictam domum & cellarium? Et dicitur quòd non: quia vniuerſa domus Titiana in qua erat dicta dięta, & cellarium, fuit legata libertis: inter quos libertos erat dictus Fortunius. vnde non debet eadem res eſſe legata bis ab eodem teſtatore, quod eſſet ſi deberetur ei diæta & cellarium. Viuianus.

a *Applicito*. eidē domui.

b *Et alio capite*. ſ. ita ſcriptum fuit. Hu.

c *oneratum*. ſ. omnibus libertis generaliter, & iſti ſpecialiter: vel iſti æſtimationem diętæ & cellarij ex hac clauſula: ex ſuperiori verò ſibi & aliis totū legatū. quod in idem recidit. & hoc verum niſi aliud appareat voluiſſe teſtatorem: vt. C. de cad. toll. §. penulti. & ſupra titu.j.l. ſi pluribus. §.j. Item non obſtat ſupra titu.j.l. qui duobus. §.j. ſed ibi in quātitate: hîc in ſpecie legata bis eidem perſonæ: vt. C. eo.l. cùm quæſtio. §.j. & ſupra titulo.j.l. planè. §.j. Dic ergo ſecundùm Azo. primum legatum minui tantum quantū ſecundo datur: & ſecundum contentū eſſe ſuo ſpeciali: quia ſic videtur teſtator voluiſſe: vt ſupra titu.j. le. ſi pluribus. & .C. eo.l. cùm quæſtio. in princip.

*Codicillis.*] CASVS. Titius fecit teſtamentū, & inſtituit ſibi heredē vxorem ſuam Seiam, & quoſdā alios: & in eodem teſtamento confirmauit codicillos, ſi quos poſtea faceret. poſtea fecit codicillos: & ita in eis cauit: omnibus autem libertis meis quos manumiſi inter viuos, vel in his codicillis, vel quos poſtea manumiſero, lego contubernales ſuas, quæ ſunt meæ ancillæ. Item lego eis filios & filias eorum præter illos filios & filias libertorum quos & quas volui in teſtamento meo pertinere ad vxorem meam: & prȩter illos quos eidem vxori meæ nominatim legauero. poſtea fecit quandam epiſtolam dictus Titius, & in ea petiit ab heredibus ſuis vt regionem Vmbriæ Tuſciæ poſitam in Piceno reſtituerēt vxori ſuæ prȩdictæ quæ erat eorum coheres, cum omnibus quæ in dicta regione erāt, & cum mancipiis ruſticis & vrbanis, & actoribus qui in dicta regione erant, exceptis manumiſſis: & non ſubiunxit, & exceptis filiis eorum & filiabus & contubernalibus. mortuo dicto Titio venit Dama qui ſtabat in dicta regione vxori legata, quē Damam teſtator prȩdictus viuus manumiſerat: & petebat à dicta vxore & à coheredibus ſuis duos ſuos filios ſeruos teſtatoris, quorum vnus vocabatur Stichus, & alter Eros: & allegabat pro ſe verba codicillorum quæ talia fuerunt, vt dictum eſt, omnibus autem libertis meis &c. dicebat vxor, imò debent dicti tui filij ad me pertinere: quia in epiſtola ſupra poſita mariti mei non continetur aliquid de filiis, imò dixit in ea maritus meus, exceptis manumiſſis &c. & nō dixit, & exceptis filiis eorum. quæritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd ad Damam patrem debent pertinere intuitu pietatis. Viuianus.

d *Damæ*. datiui caſus Damæ.

e *Pietatis intuitu*. cuius intuitu nonnunquam à iure communi receditur, nedum à proprietate verborum. eſt ergo hæc pietas, vt non ſeparentur: vt & ſupra titu.ij.l. ſi domus. §. qui confitetur. & C. communia vtri. iud.l. poſſeſſionem. & infra ea.l. §. concubinæ. Eſt & alia ratio, quia ſpecies derogat generi: & non econtra: vt.ȷ̃. proxi. §. & infra de reg. iur.l. in toto. &.ȷ̃. eo.l. ſeruis vrbanis. §. fin. eſt & alia hîc, quia non reliquit nominatim vxori. & facit.ſ̃. tit.ij.l. Titię textores. ADDITIO. Ex tribus rationibus ab Accurſio allatis Bartholus probat duas priores. Poſtremã verò hanc, quia non reliquit nominatim vxori, [ſic enim legendum] reiicit. Contius.

Sic legendū ex manuſc. & ſic legit. Bartolus.

## Generi per ſpeciem derogatur. Bartolus.

Feliciſſimo & Feliciſſimæ, quibus libertatē dederat,[f] fundum Gargilianum legauit cum caſa: & alio capite Titio filio quem ex parte quarta heredem ſcripſerat, prȩlegauerat in hæc verba, *Titi fili hoc amplius de medio ſumito legata mea quæ mihi tam pater tuus Præſens quàm Cœlius iuſtus frater patris relinquerunt.* Quæſitum eſt, cum fundus Gargilianus teſtatrici à marito eius, id eſt à patre Titij filij, legatus ſit, cui fundus ex cauſa fideicōmiſſi debeatur: vtrum Titio filio tātùm, an Feliciſſimo & Feliciſſimæ, an tribus.[g] Reſpondit, non eſſe veriſimile, eam quȩ nihil aliud Feliciſſimo & Feliciſſimæ, niſi hȩc quæ ſpecialiter, legauit: ad filium cui & hereditatis ſuæ partem reliquit, legatum generali ſermone[h] transferre voluiſſe.

## Verba præſentis temporis reſtringuntur ad tempus teſtamēti. Bartolus.

Teſtamento pueros ita legauerat, *Publio Mæuio dominulo meo ab heredibus meis dari volo pueros quinque ex meis, dumtaxat intra annos ſeptem.*[i] poſt annos complures quàm fecit teſtamētum, moritur. Quæſitum eſt, cuius ætatis Mæuio mancipia debeantur: vtrúm ne quæ teſtamenti facti tempore intra ſeptem annos fuerunt, an quȩ mortis tempore

*Feliciſsimo.*] CASVS. Titia habens filium Titium, & habens ſeruum nomine Feliciſſimum, & ancillam nomine Feliciſſimam, & habens multa legata ex teſtamento præſentis ſui viri quondam, inter quæ legata erat quidam fundus qui vocabatur Gargilianus, & habens ſimiliter multa legata ex teſtamento Cœlij Iuſti fratris dicti mariti, fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem dictū ſuum filiū, & tres alios: & dicto Feliciſſimo & Feliciſſimæ libertatem dedit. poſtea legauit dictis Feliciſſimo & Feliciſſimæ dictū fundum Gargilianum cum quadā caſa ſiue domo quæ erat iuxta eum fūdum. poſtea filio ſuo prædicto prælegauit in hæc verba, Titi fili hoc amplius de medio ſumito legata mea quæ mihi tam pater tuus Præſens quàm dictus Cœlius Iuſtus frater patris tui reliquerūt. in veritate autem, ſicut dictum eſt, dictus fundus Gargilianus erat inter alia legata quæ præſens maritus teſtatricis reliquerat eidem teſtatrici. modò quæritur, cui dictus fundus debeatur, vtrum Titio filio teſtatricis tātùm ex verbis generalibus teſtatricis: an Feliciſſimo & Feliciſſimæ ex ſpeciali legato eis prius per teſtatricem relicto: an verò tribus eis? Et dicitur quòd ad Feliciſſimum & Feliciſſimam: quia non eſt veriſſimile quòd teſtatrix voluerit transferre legatum dicti fundi de Feliciſſimo & Feliciſſima, quibus nihil aliud reliquerat niſi dictum fundum, ſpecialiter in filium ſuum Titium cui hereditatis ſuæ quartam partem reliquit: & hoc per illa generalia verba, Titi fili hoc amplius &c. quæ ſupra poſita ſunt. Viuianus.

f *Dederat*. quædam mulier.

E g *An tribus*. id eſt Feliciſſimo & Fellciſſimæ & Titio.

h *Generali ſermone*. Not. ex generali conceſſione videri detrahi quod alij conceditur ſpecialiter: quia ſpecies generi derogat:[a] vt &. C. de ſecun. nup. auth. nunc autē. & ſupra quibus cauſis ma.l. ſed & ſi per prȩtorem. §. deinde. & ſupra ſi quis cau.le. ſed & ſi. §. quæſitum.

a] Concor. tex. in. c. generi. & ibi gl. ordi. extra de reg. iur. quæ regula an & quãdo procedat, vide Dy. & doct. ibi.

*Teſtamento ita pueros.*] CASVS. Titius libertus Publij Mæuij fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Gaium & Seium: & ita poſtea dixit: Publio Mȩuio domino meo dari volo ab heredibus meis quinque pueros ex ſeruis meis exiſtentes dumtaxat intra annos ſeptem. poſtea poſt multos annos deceſſit dictus teſtator. certè iudicatur hîc quòd illi ſeptem pueri qui fuerunt intra ſeptem annos tempore teſtamenti, debent dari legatario: & nō illi qui ſunt ſeptem annorum tempore mortis teſtatoris. Viuianus.

i *Intra annos ſeptem*. id eſt qui ſunt minores ſeptem annis. & facit. ȷ̃. de verbo. ſignifi.l. pueri. in fine.

Cùm

a *Cùm à teſtatore.* imò mortis tempore: vt.j̃. de ali. & ciba. lega.l. Mela.§.j. Solu.ibi. [a] Item arg. contra.j̃. de condit. & demonſtra.l. filiæ.§.fi.&.j̃.de fund.inſtru.& inſtrumen.lega.l.pe. & facit.s̃. eo.l. nomen.§.filio. & quod ibi no.&.j̃.de aur.& argen.lega.l. ſi ita.

*Concubinæ.*] CASVS. Titius legauit concubinæ ſuæ hoc modo: fũdum meum poſitum in Appia volo dari concubinæ meæ cum villico qui ſtat pro me ĩ dicto fundo, & contubernali dicti villici,& filiis. Certè dicitur hîc quòd in hoc legato continetur non ſolùm dicta cõtubernalis & filij villici, ſed etiam nepos villici. Viuianus.

b *In Appiâ.* nomen regionis: ſed aliàs mancipia. Accurſius.

c *Cur non deberentur.* nã appellatione filij continentur nepotes ex cauſa pietatis dum de dura ſeparatione tractatur: vt hîc, & infra de verbo. ſignifi.l. liberorũ. §.j. & ſic poteſt intelligi in eo. titu. l. filij. &.l. iuſta. & ſic ſoluitur contra.inſtitut. qui dare tuto. poſſunt.§. fina. Vel aliter vt ibi not. & facit.s̃. ea.l.§. codicillis.

*Legauerat.*] CASVS. Titius qui erat de quadam terra quæ vocabatur Gadibus, & qui habebat multas poſſeſſiones & domos in dicta terra, & in eius ſuburbiis, & qui habebat in dicta terra vel in ſuburbiis calendarium vbi erant ſcripta debita ſua & credita, & qui habebat in quadã domo in dicta terra poſita pecuniam depoſitã in quadam arca: dictus Titius legauit ita Mæuio, lego Mæuio quicquid in patria Gadibus poſſideo. certè non ſolùm poſſeſſio quę eſt intra dictam ciuitatem, continetur legato: ſed etiam illa quæ eſt in ſuburbiis. non autem continetur dictum calẽdarium vel pecunia depoſita. Viuianus.

a] Dic ſecũdùm Barto. quòd ibi ꝓpter factum defuncti augentis vel minuẽtis relictũ inſpicitur tempus mortis, ſecũdùm Dy.

† Inquantũ iſte text. videtur innuere ꝗ appellatione filiorum propter durã ſeparationẽ vitandã nepotes veniãt, limitabis vt non intelligatur de vlterioribus: vt per.l. liberorum. in princi.j̃. de verbo.ſignifi. de quo vide l. filius. C. ad Maced.

* i. vxoris. Ant. Augu. lib.j.c.2.

† Calendariũ accipe ꝓ libro rationum, in quo fœneratores nomina debitorum deſcribebant, qui ſolebant in ſingulas calendas, id eſt in ſingulos menſes mutuũ dare: vt patet ex lege lecta.ff. ſi certũ pet. ibi, in dies trigintaquĩque donarios cẽtenos &c.

intra eam ætatem inueniantur. Reſpondit, eam videri ætatem deſignatam, quæ eſſet cùm à teſtatore [a] relinquerentur.

Propter duram ſeparationem vitãdam verbum filij porrigitur ad nepotes. Bartolus.

Concubinæ † inter cætera hís verbis legauerat: *Fundum in Appia* [b] *cum villico ſuo & contubernali eius & filiis dari volo*. Quæſitum eſt, an nepotes quoque villici & contubernalis * eius teſtator ad concubinam pertinere voluit. Reſpondit, nihil proponi cur nõ deberentur. [c]

Appellatione patrię etiam ſuburbia continentur. Item calendaria & pecunia ad calendarium deſtinata non cedunt legato eorum quæ ſunt in loco. Bartolus.

Legauerat per fideicõmiſſum Mæuio [d] ita, *Et quidquid in patria Gadibus* [e] *poßideo*. Quæſitum eſt, an ſi quãm ſuburbanã [f] adiacentem poſſeſſionem haberet, hæc quoq; ex cauſa fideicõmiſſi Mæuio debeatur. Reſpondit, poſſe ad hanc quoque verborũ ſignificationem extendi. [g] Item quæſitum eſt, calendarij [h] † quod in patria ſua, vel intra [i] fines eius defunctus exercuit, inſtrumenta in domo quam in patria ſua [k] habebat, reliquit: [l] an id quoque calendarium propter verba ſupra ſcripta Męuio ex cauſa fideicommiſſi deberetur. Reſpondit, non deberi. Item quæſitum eſt, an pecunia quæ in arca domi Gadibus inuenta eſſet, vel ex diuerſis nominibus exacta, & ibi depoſita, ex fideicõmiſſo debeatur. Reſpondit, ſupra reſponſum. [m]

Ex legato reuocato, vel cui renuntiatum eſt, nil petitur. Bar.

Teſtamento quo filium & vxorem heredes inſtituerat, filiæ per fideicommiſſum centum, cùm in familia nuberet, legauit, & adiecit ita: *Fidei tuæ filia committo, vt cùm in familia nubas, & quotieſcumque nubes, patiaris ex dote tua quam dabis, partem dimidiam ſtipulari fratrem tuum, & Seiam matrem tuam pro partibus dimidiis dari ſibi, ſi in matrimonio eius cui nubes,* [n] *ſiue diuortio facto prius quàm dos tua reddatur, eóve nomine ſatisfactum erit, morieris nullo filio filiáve ex eo relicto*. Pater virginem filiam nuptui collocauit, eiúſque nomine dotem dedit, [o] & poſt diuortium eandem recepit, & alij in matrimonium cum dote dedit, & ſtipulatus eſt eam dotem ſibi aut filiæ ſuæ reddi. manente filia in matrimonio ſecundo mortuus eſt eodem teſtamento relicto, eiq; heredes extiterunt filius & vxor. poſtea marito defuncto puella dote [p] recepta nupſit alij præſentibus & conſentientibus fratre & matre, quæ etiam dotem eius auxit: & neuter eorum ſtipulati ſunt dotem. mox matri filius & filia heredes extiterunt: deinde in matrimonio [q] filia deceſſit marito herede relicto. Quæſitum eſt, cùm puella non ex cauſa legati pecuniam in dotem ab heredibus patris acceperat, ſed mortuo ſecundo marito materfamiliâs facta dotem recuperauerat: [r] an heres

d *Mæuio.* aliàs Mæuius: ſcilicet teſtator. ſed eſt falſa: vt.j̃. patet.

e *Gadibus.* ſic enim vocatur illa patria de qua fit mentio ſupra tit. ij.le. ſi mihi.§.j. & ſubeſt Venetis. & eſt ſedes eorum patriarchalis. aliàs autem eſt hîc, Gradibus: & ſimiliter eſt nomen loci.

f *Suburbanam.* id eſt in ſuburbio ciuitatis: ſed quandoque ponitur pro ruſtico: vt.C. de prædi.mino.l. ſi prædium. Hug.

g *Extendi.* ſic infra eod.l.cui quæ.& infra de verbo.ſignifica.l.ij.& l.vt Alphenus.&.l.ædificia. &.l. qui in continentibus.

h *Calendarij.* Hoc expone vt.j̃.eo.l.qui filium. Accurſius.

i *Intrà.* id eſt iuxta: ſic.C.de poſtum.heredi. inſtit.l.fi.

k *Patria ſua.* ſcilicet Gadibus prædicta.

l *Reliquit.* id eſt dimiſit inſtrumenta calendarij in domo: non dicas quòd ea legauerit: & ſic non cõtinetur dictis verbis: quidquid &c. vt hîc, &.s̃.tit.ij.l.Gaius.& ſic ſunt verba iuriſconſulti, non teſtatoris: aliàs rectè contradiceret infra eod.l. qui chirographum. & ſupra titu.ij.l. ſeruum filij.§. eum. ſed certè ſi ſint iuriſconſulti, quare non continentur inſtrumenta? Reſpon. quia non vt perpetuo ibi ſint, erant ibi: vt.s̃.de heredi.inſtit.l.ex facto.§. rerum. &.j̃. proxi.reſpon.not.

m *Supra reſponſum.* ſcilicet non deberi per hoc quòd nec calendarium nec inſtrumenta debentur: & hoc ſi ad tempus ſit ibi, ſcilicet vt fœneretur: non perpetuò vt theſaurus: vt infra eodem.l.ſi chorus.§.j.&.l. ſi fundum. & infra de auro & argento lega.l. ſi vxori.§. cum ita.& infra titulo.ij.l.generali.§.vxori.& infra de fun.inſtruct. & inſtrum.leg.l.cum de lanionis.§. Sabinus.&.l. prædia.§.j. & argu. infra eodem.le. prædiis.§. Titio.

*Teſtamento quo.*] CASVS. Titius habẽs vxorem, & filium & filiam, inſtituit ſibi heredes filium & vxorem: & filiæ legauit centum cùm ipſa in familia nuberet: & adiecit ita, Fidei tuæ filia committo vt cùm in familia nubes, & quotieſcũque nubes, patiaris de dote tua quã dabis, partem dimidiã ſtipulari dictũ meum filium fratrem tuum, & matrem tuam prędictã in caſum dotis reſtituẽdæ. facto hoc teſtamento ipſemet Titius pater maritauit dictam ſuam filiam, eiúſque nomine dotem dedit: poſtea filia diuertit à viro ſuo. dictus pater repetiit dotem quam dederat pro ea. poſtea maritauit dictam ſuam filiam ſecundò, & dedit dotem ſimiliter, & ſtipulatus eſt pater à ſecũdo viro dotem ſibi aut filiæ reddi. manente filia in matrimonio ſecũdo deceſſit pater nõ mutato dicto teſtamento in quo inſtituerat filiũ & vxorem, & in quo legauerat filię prędictæ centum, vt dictum eſt. & eius extiterunt heredes filius & vxor, ſicut eos inſtituerat. poſtea deceſſit ſecũdus maritus dictæ filiæ: & ipſa dote ſua recuperata ab heredibus ſecũdi viri, nupſit tertiò pręſentibus fratre & matre ſua prædictis: quæ mater etiam dotem dictæ filiæ auxit Titio viro: & neque frater neque mater ſtipulatus eſt dotem pro aliqua parte à tertio viro. poſtea mater deceſſit, & dicta filia & filius extiterunt ei heredes. poſtea filia deceſſit, & inſtituit ſibi heredem dictum ſuum virum tertium. modò quæritur, an dictus vir tertius heres dictæ filiæ ſuæ vxoris ex cauſa fideicommiſſi teneatur fratri in dotem ſuæ vxoris in tanta pecunia quantam percipere potuiſſet dictus frater ſi dotem ſtipulatus eſſet iuxta præceptum patris? Et dicitur quòd non: quia filia non accepit pecuniam in dotem ex cauſa legati, ſicut pater præceperat, à fratre & à matre heredibus patris: ſed mortuo primo & ſecundo marito materfamiliâs dicta filia dotem recuperauit, vt dictum eſt, & tertio viro dedit. Viuianus.

n *Cui nubes.* accipe, morieris, quod ponitur.j̃.

o *Dedit.* ſcilicet centum: vt.s̃.dixit. & quod.s̃.e.§.legauerat. vndè legatum videtur ademiſſe: vt.C.eo.l. filia.

p *Dote.* eadem: quod hodie facere tenetur: vt.C.de rei vxo. act. authen. ſed quamuis.

q *Matrimonio ſuo.* aliàs ſuo: aliàs ſecundo. & dic mortuus eſt, ſcilicet pater.

r *Recuperauerat.* quod facere potuit vel ex ſtipulatione patris: vt

ſupra ſolu. matri. l. Gaius. & infra de verb. obliga. l. quodcunque. §. j. vel ex ſtipulatione legali: vt. C. de rei vxo. acti. §. videamus. &. §. & hoc. Accurſius.

a *Heres eius*. ſcilicet maritus: eius ſcilicet puellæ.

b *Non teneri*. tribus rationibus, ſcilicet tum quia pater dotem dando, ſibique vel filiæ red di dotẽ ſtipulando, voluntatẽ teſtamento expreſſam creditur mutaſſe: tum quia mater & frater fideicommiſſum repudiaſſe videntur, cũ ſorori danti cõſentientes ſtipulationem omiſerunt. præterea quòd nec ad filiam legatum peruenire potuit ſi pro ea in dotẽ viuus pater dedit quod teſtamẽto antea reliquerat: vt. C. de lega. l. filia. R. & facit infra ad Trebel. l. filia.

* Heres vel.

*Heres vel.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & rogaui eum vt adoptaret Seium: & ſi non adoptaret, dixi quòd eſſet exheres. Titius heres non adoptauit Seium: & certũ eſt quòd amodo non adoptabit. nunquid Seius qui debebat adoptari, habebit hereditatem meam? Et dicitur quòd non. & quod dixi in herede, idem dicas in legatario. Viuianus.

c *Non eſſe*. ad hoc ſcilicet vt ille qui adoptatus non eſt, petere poſſit hereditatẽ vel legatum quaſi ex tacito fideicommiſ. ſecus tamẽ quantum ad illum qui iuſſus eſt adoptare, quia habet ſi paratus eſt hoc facere: vt ſupra de condi. inſti. l. ſi quis teſta. vel dic quòd vocat hîc fideicommiſ. id eſt rogauit de adoptando: quod non valet nec hîc, nec ibi: quia contra bonos mores, vel contra ius: ſed liberè remanet apud rogantem: & illam expone vt ibi not. Aliud autem ſi rogatur de emancipando: vt infra de condi. & demon. l. ſi cui. licet ſit argu. contra ſupra titu. ij. l. filiusfami. §. ſecundum vulgarem.[a] Accurſius.

eius[a] ex cauſa fideicommiſſi fratri defunctæ teneatur in eam pecuniam quam percipere poſſet ſi dotem ſtipulatus eſſet. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non teneri.[b]

Onus de aliquo adoptando, & fideicommiſſum in defectum adoptionis iniunctum non tenet. Bartolus.

Eius heres * vel legatarius rogatus eſt vt quẽdam adoptet, his verbis adiectis, *Si aliàs fecerit, exheres eſto*: vel, *perdat legatum*. Quæſitũ eſt, ſi non adoptauerit: an ei qui adoptatus non eſt, actio quędam ex fideicommiſſo competit. Reſpõdit, fideicommiſſum quo quis rogatur vt adoptet, ratum non eſſe.[c]

Vno ex his cui heres iuſſus eſt vendere, parato emere competit vindicatio partis. Bartolus.

*Agri plagam*[d] *quæ eſt in regione illa*,[e] *Mæuius Publio & Gaio*[f] *tranſcribi*[g] *volo, pretio facto viri boni arbitratu, & hereditati illato, duplæ euictione expromiſſa*[h] *à reliquis heredibus, ita vt ſub pœna cẽtum promittãt*[i] *eam agri plagam, partẽmve eius ad Seiam poſteróſve eius non peruen-*

a] Solue vt ibi, ſecundũ Barto.

*Agri plagam.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Publium & Gaium & Petrum & Martinum: & ita poſtea dixi, agri mei plagam ſiue partem quę eſt ad Burgum Panicalis: dicto Publio & Gaio traſcribi volo per dictum Petrum & Martinum quos cum eis heredes inſtitui, pretio facto boni viri arbitratu, & hereditati illato: & volo quòd Petrus & Martinus promittant de euictione dicto Publio & Gaio nomine dictæ plagę. Item volo quòd dictus Publius & Mæuius promittant Petro & Martino ſub pœna centum quòd dicta plaga vel pars eius non perueniet aliqua ratione ad Seium vel poſteros eius. me teſtatore mortuo Gaius non vult emere aliquid de dicta plaga: Publius autem ſic. quæritur, nunquid Publius debeat habere dimidiam ex cauſa emptionis? Et dicitur quòd ſic: & debet promittere Publius dicto Petro & Martino quòd dimidia quam conſequetur, non perueniet ad Seium vel ad eius poſteros aliqua ratione: & hoc ſub pœna centum. Viuianus.

d *Agri plagam*. id eſt, partem.

e *Illa*. Septentrionali, vel Auſtrali. Hug.

f *Et Gaio*. qui pro parte fuerant heredes ſcripti, & alij plures cum eis: vt patet ex ſequentibus.

g *Tranſcribi*. id eſt, vendi: quod vellet etiam iuſto pretio: vt hîc, & ſupra titu. ij l. & ſi æquo.

h *Expromiſſa*. Mæuio & Gaio ac cæteris heredibus. Accurſius.

i *Promittant*. Mæuius & Gaius.

k *Quaqua*. alias qua: & ſemper dic, id eſt aliqua: & ſunt verba teſtatoris vſque illuc: quæſitum eſt, &c. vel ſi habes qua poſſet ibi incipere quæſtio: qua ratione quæſitum eſt, &c.

l *Petere*. nil mirum: quia etiam totum ſi velit, poteſt: vt. C. de cadu. tol. §. vbi autem. R. & facit. ſ. tit. ij. l. ſi quis leg. in fin. & ſupra tit. j. l. antepenul. §. iij.

A m *Cautio*. ne ad Seiam aliqua ratione perueniat. Ioan. & ſub pœna centum.

n *Cuique*. i. cuilibet ex illis quibus eſt præſtanda.

o *Præſtanda ſit*. à Publio Mæuio qui ſolus vult.

*turam quaqua*[k] *ratione*. Quæſitum eſt, an legatũ valeat, cum Publius emere velit, Gaius nolit. Reſpondit, eum qui fideicõmiſſum præſtari ſibi velit, poſſe partem dimidiam eius agri qui legatus eſt, petere,[l] quamuis alter perſequi no lit. Item quæſitũ eſt, cautio[m] quę interponi debeat ſecundum volũtatẽ, pro quota parte cuique[n] B heredum præſtanda[o] ſit. Reſpõdit, pro ea portione quæ ex fideicommiſſo præſtatur.[p]

Appellatione manciporũ non cõtinẽtur poſtea nati ex eis. Bart.

Sorori legauit homines[q] quos nominauit teſtamento: eiúſque fidei commiſit, vt eadem mancipia filiis[r] ſuis cùm obiret reſtitueret. Quæſitum eſt, adgnata[ſ] ex his, an defuncti filij heredib[9][t] reſtituenda ſint poſt mortem legatariæ, an remaneant apud† heredes eius. Reſpõdit, ea quæ poſtea adgnata * eſſent, verbis fideicommiſſi non contineri.[u]

C

Pater naturalis dotando filiam in dubio non videtur habere animum donãdi: ſed magis animum compenſandi cum eo quod filiæ debet. Bartolus.

p *Præſtatur*. ſcilicet pro dimidia: & ſic ſub pœna quinquaginta: vel ſi totum accipiat (quod poteſt, vt dixi) ſub pœna integra cẽtum promittet. Accurſius.

*Sorori.*] CASVS. Titius faciens teſtamentũ inſtituit ſibi heredes duos ſuos filios, & duos extraneos alios: & ſorori ſuæ Titiæ legauit duos ſeruos, & duas ancillas: & ſororis fidei commiſit vt ea moreretur ipſa ſoror, reſtitueret dicta mancipia filiis ſuis teſtatoris. quæritur, vtrũ ea quæ nata ſunt ex dictis ancillis & ſeruis medio tempore antè mortem ſororis, continentur fideicommiſſo cum patribus & matribus eorũ, & ita debeant reſtitui filiis teſtatoris, vel aliis eius heredibus? Et dicitur quòd non: imo mortua dicta ſorore debent remanere apud heredem ſororis. Viuianus.

† ad * Concor. c. cõſenſus. in gloſ. ſuper ver. poſteritate. ibi, quia poſt manumiſſionẽ proles à liberto ſuſcepta nul lius patrocinio eſt ob noxia. extra de rebus ecc le. ali. vel non.

q *Homines*. i. ancillas: vt patet infra quia dicit de partu. eſt enim com munis generis.

r *Filiis*. ſ. teſtatoris: & dic nõ inſtitutis, ſed exheredatis, vel cum aliis extraneis inſtitutis. Accurſius.

ſ *Adgnata*. id eſt nata.

t *Heredibus*. dicunt quidam ſcilicet filiorum: & ſic opponitur eis quòd ſit conditionale: & ſic interim non tranſmittitur: vt infra quando dies lega. ce. l. iij. & dicunt hîc extitiſſe conditionem viuis filiis. vel dicunt fuiſſe diem, non cõditionem: vel eſſe heredes filios filiorum qui comprehendãtur ſub verbo liberis. quæ ſomnia ſunt. nam hîc dicit, an: vnde & filij & heredes, ſcilicet teſtatoris erant viui, & heredes legatarię. Dices ergo heredibus, ſcilicet teſtatoris, ſiue filius nullo modo ſit heres, ſiue ſit cum aliis.

D

u *Non contineri*. ſcilicet quia nec ſunt relicta, nec acceſſionis iure debentur, ſcilicet cum poſt mortem teſtatoris, & antè mortem ſororis, & ſic antè moram nata ſunt: aliàs ſecus eſſet: vt ſupra de leg. j. l. apud Iulianum. §. item partus. & infra de fideicommiſſ. liber. l. cùm verò. §. cùm quidam. & Cod. de fideicommiſſ. liber. l. iij. & infra de op. leg. l. penulti. & ſupra de vſur. l. Paulus reſpon. & ſupra titu. j. l. Licinnius. ſed contra ſupra titu. j. l. cùm pater. §. pater filiæ. vbi partus[b] debetur. Solut. ibi ex teſtatoris ſcientia ſpeciale præſumitur: vel ideò eſt illud, quia dotalis ancillæ partus nec minus quàm ipſa mater dotalis intelligitur: vt. Cod. de rei vxo. actio. §. itaque. at ancillæ legatæ partus nunquam legatus matris ratione dicitur.

b] an part' veniat cum legato ancillæ, & an ſit fructus: vide quod notaui in apoſtill. in al lega. l. cum pater. §. pater filiæ. in c. ver.

E

*Pater naturalis.*] CASVS. Titia habẽs patrẽ naturalem, & non legitimũ, habebat virũ Titiũ: qui vir veniens ad mortem inſtituit heredẽ dictũ patrẽ naturalẽ vxoris ſuæ Titiæ: & ab eo herede multa fideicõmiſſa reliquit vxori ſuæ. mortuo dicto Titio marito ſuo dicta Titia nupſit ſecundo, & dictus ſuus pater dedit cẽtum nomine dotis marito ſecũdo pro ea, cũ non teneretur hoc facere, ideò quia naturalis tantùm erat, vt dictum eſt: & ſtipulatus eſt dictus pater à viro ſecundo ſibi dictam dotem reddi ſi filia ſua decederet in matrimonio ſine liberis. filia poſtea ſuſcepit filiam ex dicto ſecũdo viro, & ita defecit conditio ſtipulationis patris. modò petit dicta filia à patre ſuo illa fideicõmiſſa quæ primus ſuus vir ei reliquit. nunquid poteſt? Et videtur quòd non: quia certum eſt, ex quo habet filiam ex ſecundo viro, quòd dos data pro ea ſecũdo viro debet iterum

rum manere apud eam. vnde videtur quòd fideicommiſſa debeāt compēſari cum dote.Reſpon.tamen hîc quòd bene poteſt filia petere fideicommiſſa ſi non habet ratam dationem prædictam dotis quam fecit pater marito eius ſecundo.& idem eſt etiam ſi pater paratus eſt liberare per acceptilationem maritum ſecūdum filiæ à dicta dotis promiſſione. Sed quid ſi dictus pater ea conditione dedit dictā dotem dicto ſecundo marito filiæ, vt ipſe faceret dictam filiā ratum habere: & ipſa nūc non habet ratum, vt dictum eſt?certè aget pater contra maritum conditione ob cauſam ad repetendam dotem. Viuianus.

Pater [a] naturalis [b] filiæ ſuæ ex teſtamento mariti eius fideicommiſſi [c] debitor,cùm ea mulier alij nuberet, non mandatu mulieris dotem marito eius dedit,& ſibi reddi eam ſtipulatus eſt,ſi ſine liberis filia moreretur. mulier filiam ſuſcepit.Quęſitum eſt,an fideicōmiſſum à patre exigere poſſit. B Reſpondit,ſi nec ratam [d] habuiſſe dotem datam,Supereſſe fideicommiſſi petitionem. Idem quæſiit,an ſi pater acceptò facere ſtipulationem velit, mulieri perſecutio fideicommiſſorum deneganda ſit.Reſpondit,ſupra reſpōſum: [e] eúmque [f] patrem de quo quæreretur, ſi ita dediſſet vt mulier [g] ratum haberet, poſſe condicere. [h]

Reſtitutio fideicommiſſi facta antè diem,alij non præiudicat. Bartolus.

C Seium maritum ſcripſit [i] heredem,eíque ſubſtituit [k] Appiam alumnam:fideíque heredis commiſit, [l] vt poſt mortem ſuam hereditatem eidem alumnæ reſtitueret: [m] aut ſi quid antè contigiſſet [n] alumnæ,tunc Valeriano fratris filio reſtitueret eandem hereditatem. Quæſitum eſt,ſi Seius viuus, quidquid ad eum ex hereditate perueniſſet, alumnæ reſtituiſſet:an ſecundum voluntatem D defunctę id feciſſe videretur,pręſertim cùm hæc eidem ſubſtituta eſſet.Reſpondit,ſi viuo Seio Appia deceſſiſſet, [o] non eſſe liberatum [p] à fideicommiſſo Valeriano relicto.

a *Pater*.inſtitutus à marito filiæ naturalis. Accurſius.

b *Naturalis*. ſcilicet tātùm. nam legitimus videtur de ſuo dediſſe: nec à fideicōmiſſo videtur liberatus:vt.C.de dot.promiſſione.l.fin.

c *Fideicommiſſi*. aliàs fideicommiſſi debitor:aliàs fideicommiſſo debebat: vt quia maritus filiæ inſtituerat patrē, & eum fideicōmiſ. grauauerat.

d *Si nec ratam*. ratā autem dotem habere tūc cogitur pater, ſi vult,& remittat ſtipulationem virò. aliàs nullus eſt effectus ratihabitionis,cū ſibi ſtipulat⁹ eſt pater: cum in ei⁹ datione vtiliter negotiū ipſius pater geſſiſſet: vt ſupra de nego. geſt. l. quæ vtiliter.in princ.&.§.fina.& infra de doli exce. l. ſi opera.R.

e *Reſponſum*. vt non ſit deneganda niſi ratā habuit dotem datam.

f *Eúmque*. tertium anectit caſum.

g *Mulier ratum*. id eſt, vt tunc demum apud virum remaneret.Azo.

h *Condicere*. ſcilicet condictione ob cauſam ea ratum non habente: vt & ſupra de condi.ob cau.l.ſi donaturus.§.j.& facit. j̃. de col. do.l.j.§.penult.

*Seium maritum.*] CASVS. Titia ſcripſit heredem Seium maritum ſuum,& ſubſtituit ei Appiam. Item commiſit fidei dicti ſui mariti vt poſt mortem ſui mariti hereditatem reſtitueret dictæ Appiæ: vt ſi antè Appia moreretur quàm maritus,tūc reſtitueret maritus hereditatem dictam Valeriano. Seius maritus viuus exiſtens reſtituit dictam hereditatem dictæ Appiæ, cùm non teneretur hoc facere. modò quæritur,nunquid ſit liberatus Seius à Valeriano?Et dicitur quòd non: imò eſt in pendenti,vt ſi quidem moriatur Appia antè Seium,teneatur Seius Valeriano ex fideicommiſſo,ſecūdum quod voluit teſtatrix. Viuianus.

i *Seium maritum ſcripſit*. ſ.Berta:& hoc ſi habeas Seiū.aliàs eſt Seia.

k *Subſtituit*. vulgariter.ſ.ſi heres non eſſet maritus.

l *Commiſit*. ſcilicet ſi heres eſſet.

m *Reſtitueret*. ſic alumna vulgariter & fideicommiſſi iure Seio fuit ſubſtituta.R.

n *Contigiſſet*. aliàs accidiſſet:quia decederet alumna:vt.j̃.de ver.ſign.l.in vulgari. §. j. ſic ergo apparet dupliciter ſuſpenſum alumnæ relictum in diem mortis heredis. Item & ſi tunc vixerit ipſa alumna, nullo ergo modo teſtatricis volūtate Appiæ reſtitutam hereditatē dici poteſt in caſu propoſito.at ea ſimpliciter relicta poſt mortem heredis ſecus diceretur: vt. C.de fideicommiſ.l.poſt mortem. & ſupra titu.j.l.cùm pater.[§.hereditatem.&.]§.à filia.Ro.& ſupra de leg.j.l.ſi filiusfamiliàs.§.diuus.

A o *Deceſſiſſet*.vnde defecit Appiæ relictum,& conditio alterius ſcilicet Valeriani extitit:licèt vtriuſque dies,id eſt mortis viri,tūc quoque penderet Ro.

p *Liberatum*. non ergo ſecundum teſtatricis voluntatem alumnæ reſtituiſſe eſt dicēdum: ſed eſſet liberatus ſi illa ſuperuixiſſet: vt ſupra de condict.indebi.l.ſub conditione.

Rogatus reſtituere cùm volet, poſt mortē rogatus videtur. hoc dicit. Vel aliter:in vltimis voluntatibus moriēdo quis velle videtur hoc dicit. Bartolus.

B Scæuola [q] reſpondit: Cùm heres ſcriptus rogatus eſſet,cum volet, † alij reſtituere hereditatem: interim [r] non eſt cōpellendus [ſ] ad fideicommiſſum. [Claudius:] Poſt mortem [t] enim vtique creditur datum.

Fideicommiſſum purè relictū poteſt peti incontinēti:& qui vetat ſatiſdationem exigi, non videtur fideicommiſſi diem differre. Bartolus.

C Heredis ſcripti fidei commiſerat,vt Seię vxori vniuerſam reſtitueret hereditatem: & vxoris fidei commiſit in hæc verba: *A te Seia peto,vt quidquid ad te ex hereditate mea peruenerit, exceptis his ſi qua tibi ſupra legaui, reliquum omne reddas reſtituas Mæuiæ infanti dulciſſimæ.à qua Seia* [u] *ſatis exigi veto:cùm ſciam eam* [x] *potius rem* [y] *aucturam, quàm detrimento futuram.* Quæſitū eſt, an ſtatim Mæuia fideicōmiſſum à Seia petere poſſit. [z] Reſpōdit,nihil proponi cur non poſſit.

Is cui cura monumēti committitur,ad expenſas in ſolidum non D tenetur. Bartolus.

XLII. IDEM *libro trigenſimotertio Digeſtorum.*

*Scæuola.*] CASVS.Inſtituit Titia Seium maritum ſuū ſibi heredē, & rogauit vt hereditatem reſtitueret Appiæ cùm vellet ipſe marit⁹. certè creditur rogatus vt reſtituat poſt mortē ſuam mariti:&ideò interim dum viuit maritus,non eſt compellendus ad fideicōmiſſum præſtandum.Viuianus.

q *Scæuola*.aliàs.§.& tūc dic quòd fuit rogatus reſtituere poſt mortē: vnde tacitè quādo vellet: prius videtur rogatus:vt.C.de fideicōmiſ. l.poſt mortem. Vel dic quòd expreſſè dixit, cū voles vel velles, ſecundum diuerſas literas.ſecus ſi velles: vt not.ſ̃.e. l.fideicommiſſa.§.ſi ſic. &.j̃. de verb. obligat.l. centeſimis.§.j. aliàs deeſt.* §.& tunc ſecundū Ro.pone vt ſupra,quia fuit rogatus reſtituere alumnę quando vellet, tacitè.ſed ſi ipſa prędecederet, tunc Valeriano.nam non ſuſpenditur poſt mortem. Accurſius.

† Facit iſte text. ad hoc quod not. Alexan.poſt Bartol. & Ang. in. l. cēteſimis.§. fin. aliàs eſt. l.ſi ita ſtipulatus.2.j̃.de verb.obli.ſ. quòd legatū cum heres volet, intelligitur deberi poſt mortem heredis.

* Perperā. nam debet eſſe.§. Cont.

r *Interim*. dum viuit.

ſ *Compellendus*.ſed ſpōte poteſt.

t *Poſt mortem*. heredis tantum, & non quandocūque vellet ipſe heres. Ro. ſecundum tertium caſum.

*Heredis.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium,& eius fidei cōmiſit vt Seiæ vxori Titij vniuerſam reſtitueret hereditatē,& dictę vxoris fidei commiſit vt quicquid ad eam ex dicta hereditate peruenerit,reddat Mæuiæ infanti, exceptis iis quæ ei vxori legauerat: & vetuit exigi ſatiſdationē ab vxore de præſtando fideicōmiſſo Mæuiæ infanti. poſtea Seius heres reſtituit here. dictæ vxori teſtatoris. modò petit Mæuia infans à dicta vxore vt ſtatim reſtituat ſibi dictam hered.nunquid poteſt?Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

u *A qua Seia*.ſ̃.in ſecunda perſona dixit Seiæ:nūc in tertia dicit de ea:& dic ſatis, id eſt,ſatisdare de reſtituendo fideicō.vniuerſali in- E fanti: quam alias præſtaret niſi teſtator remiſiſſet : vt.C.vt in poſſ. leg.cum Archimedoram.an autem retineat qnartam hæc ſecundò rogata,dic vt.C.ad Trebel.l.ſancimus.§.fin. Accurſius.

x *Eam*. Seiam vxorem.

y *Rem acturam*. id eſt, reſtitutionem facturam,quàm detrimentū, &c. cui detrimento adeſſet Seia ſi reſtitutionem differret. & aliàs eſt aucturam.

z *Poſſit*. ſcilicet ſtatim:dubium autem erat, quia per hoc quòd ſatis remiſit,videbatur fideicommiſſ.detuliſſe : quod eſt falſum.nam & pro puro præſtatur ſatiſdatio : cùm multas moras habeat iudicium:vt infra vt in poſſeſ.lega.l.etiam.in princ.& facit ſupra titu.j. l.omnia.& infra de condi.& demonſt.l.j.in princ.Sed contra infra ad Trebel.l.epiſtola.§.fina.ſed ibi alia voluntas fuit:vt ex verbis ibi apparet.

T*itius.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem vxorem ſuam in vna vncia hereditatis ſuæ, in qua vncia eſſe poterant de here-

ditate cētum quinquaginta aurei,& non plus. Mæuiam autem inſtituit in.xj.vnciis:& ita poſtea dixit:corpus meum vxori meæ tradi volo ſepeliendum in fundo Titiano: & volo extrui monumentum in dicto fundo in quo expendantur quadringenti aurei. quæritur, nūquid per dicta verba videatur teſtator voluiſſe vt vxor ſola faceret monumentū, àn pro hereditariis partibus ab vtroque herede? Et dicitur quòd ab vtroque pro hereditariis partibus videtur voluiſſe fieri monumētum. Viuianus.

a *Inſtituit.* his verbis, Seiam,&c.

b *Inſtruendum.* aliàs extruēdum.& ad hoc cogitur pōtificali vel prę̨ſidis auctoritate,& prę̨toris officio:vt.s̃.de peti. here. l. hereditas. & de relig. l. at ſi quis. §.ſi cui.& iudicio famil.erciſcund.vt ſupra famil. erciſcund. l. is cum. §.j. ſola ergo operis faciendi ſolicitudo ſeorſum vxori iniuncta eſt verbis teſtatoris, & hoc tā gratia oneris quod erat iniunctum, magnitudine, quàm huius emolumenti pretio, vnà cum perſona quæ dicebatur ſola grauata affectione. penſatis verbis ſic dubiis, talis merito adhibēda fuit diſtinctio ſecundum Ro.

Titius heredes inſtituit [a] Seiā vxorem ex parte duodecima, Mæuiam ex reliquis partib[9]: & de monumento quod ſibi extrui volebat, ita cauit: *Corpus meū vxori meæ volo tradi ſepeliendum in fundo illo, & monumētum extrui vſque ad quadringentos aureos.* Quæro, cùm in duodecima parte non amplius quàm centum quinquaginta aurei ex bonis mariti ad vxorem perueniant, an hac ſcriptura ab ea ſola monumentum ſibi teſtator extrui voluerit. Reſpondi, ab vtraque herede monumentum pro hereditariis portionibus inſtruendum. [b]

**Arbitrio boni viri dos cōſtituitur dignitate & facultatibus teſtatoris & numero liberorū penſatis. Bartolus.**

XLIII. CELSVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

Si filiæ pater dotem arbitratu tutorum dari iuſſiſſet, Tubero perinde hoc habendum ait, ac ſi viri boni arbitratu † legatum ſit. [c] Labeo quærit, quemadmodum apparet quātam dotem cuiuſque filiæ boni viri arbitratu conſtitui oportet. Ait, id non eſſe difficile ex dignitate, ex facultati-

† Concor. gl. in verbo alieno arbitrio. ibi, teſtamentum in alterius voluntatem expreſſè cōmiſſum non valet. ſic nec legatum expreſſè commiſſum in alterius voluntatem vt ipſe det: ſed vt arbitretur bene. c. ſuper eo. extra de cōdi appo.

Si *filiæ.*] CASVS. Titius habēs plures filios & vnam filiam, fecit teſtamētum, & eos omnes ſibi heredes inſtituit, & dictæ filię quę pupilla erat, dedit tutorem Seium: & dictæ filiæ cùm nuberet, iuſſit dari dotem arbitrio tutoris prædicti. certè perinde eſt ac ſi dixiſſet, arbitrio boni viri. bonus autem vir, & per conſequens dictus tutor debet inſpicere in cōſtuenda dote dignitatem defuncti & facultates, & numerum liberorum eius:& ſecūdum prædicta inſpecta debet conſtituere dotem paruam vel magnam vel mediocrem. Viuianus.

c *Legatum ſit.* hoc enim generale eſt:vt infra de verbo. ſignifi.l.illa verba.& ſupra pro ſocio.l.ſocietatem.& ſupra tit.j.l.j.& infra titu. j.l.ſi cui. & ſupra eodem.l.fideicōmiſſa.§. ſi ſic.& ſupra de iure dotium.l.quęro.&.l.cùm poſt.§.gener.& Cod.de nupt.l.ſi furioſi.&. C. de adminiſtra.tut.l.ſi curatoris.Sed contra.C.de do.promiſſ.l.j. Solu.ibi.

d *Ex numero liberorum.* Propter quos minor conſtituitur dos, argu. infra de bonis dam.l.fin.§.fina.

Si *fundus.*] CASVS. Legaui tibi fundum cum iis quę ibi ſunt vel erunt tempore mortis meæ. certè ea quæ ſunt vel erūt ad tempus, & nō perpetuo, non debentur tibi.& de hoc ponit vnum planum exemplum. Viuianus.

e *Quæ.* modò reſpondet.

f *Fœnerandi cauſa.* vel alteri ad tempus.& facit.j̃.eod.l.ſi ita legatū. &.s̃.eod.l.vxorem §.legauerat.&.j̃.titu.ij.l.generali.§.vxori.&.j̃.de auro & arg.leg.l.ſi vxori.§.j.&.s̃.tit.j.l.Gaius.in princ.&.C.de verbo.ſign.l.j.&.s̃.de pigno.l.debitor.

Hoc *legatum.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & vxori meæ ita legaui: vxoris meæ cauſa paratum ei lego. quæritur, quid videatur vxori legatum per dicta verba? Et reſpōdetur quòd dictum legatum eſt generale, & continet omnia quæ vxoris meæ cauſa paraui: ſiue ſit veſtis, ſiue argentū, ſiue aurum, ſiue ornamenta. & certè illud videtur vxoris cauſa parari quod magis paratum cauſa vxoris foret quàm communis viri & vxoris vſus cauſa:& nō eſt vis vtrum aliqua paraui pro vxore mea antequam eam ducerē in vxorem: an poſtea paraui pro ea aliqua ex rebus quibus ego vti ſolebam: quia ſemper continebuntur in dicto legato. Dicta tamen adiectio quam feci in teſtamento meo. ſ. quę vxoris meæ cauſa parata ſunt, lego ei, &c. quandoque facit legatum vxori relictum exiguum, quandoque plenius facit. augetur autem legatum per dictā adiectionem cum ita ſcripſi, lego vxori meæ aurum & argentum, & veſtem, quæque eius cauſa parata ſunt. nam continentur tūc in legato non ſolū ea quæ nominaui, ſed etiam alia quæ non nominaui, vxoris tamen meæ cauſa paraui. minuitur autem legatum per dictā adiectionem cum detraho coniunctionem, quæ: & ita dico, lego vxori meæ aurū & argentū, & veſtem, & ſeruos, quæ eius cauſa parata ſunt. & non dixi, quæque eius cauſa parata ſunt. nam cōtinentur tūc in legato ea ſola quæ ex ſupradictis vxoris cauſa parata ſunt, & non alia. Itē ſcias quòd in dicto legato cōtinētur ea quæ comparaui antequā dictam vxorē ducerē, & poſtea ei tradidi ad vtendum. Item cōtinētur ea quæ prioris meę vxoris fuerunt, vel filiæ vel neptis vel nurus: dum tamen ego ad vſum vxoris meę paraui. Intereſt autē inter emptum & paratum vxoris cauſa: quia paratū quod eſt genus, ineſt in empto, qđ eſt ſpecies: ſed non conuertitur, id eſt in parato nō ſemper continetur emptum: de quo vltimo ponitur exemplū. Pone quòd ea quę prioris vxoris meę cauſa emi, poſteræ meę vxori tradidi ad vtēdū. certè conſtat me dictas res parauiſſe cauſa vxoris meæ ſecundæ: nō autem compataſſe eius cauſa. bene eſt ergo verum quia in parato non ſemper continetur emptum. Item eſt alia differentia inter emptum & paratum vxoris cauſa: quia ſi ego poſterioris vxoris cauſa nihil emi, tamen tradēdo ei ea quæ prior mea vxor in vſu habuit, eius ſecūdę vxoris meæ cauſa paraſſe videor. quę enim cauſa prioris meæ vxoris paraui: etiam ſi ſecundæ vxori non aſſignaui, dicto legato ſecundæ vxoris cedunt. ea autem quæ prioris vxoris cauſa comparaui: ita demum debētur poſteriori ex dicto legato, ſi ei poſteriori aſſignaui: quia non eſt ita de poſteriore vxore cogitatum cū comparentur dictæ res pro prima vxore, ſicut videtur cogitatū de poſteriore vxore cum comparaui dictas res pro prima vxore. nam etiam id non cedet dicto legato ſecundæ vxoris quod tradidi ei, ſi poſtea ei abſtuli. Itē ſcias quòd in dicto legato de quo dixi in principio, continētur mancipia puta lecticarij qui ſolam matremfamilias portabant:& multa alia quæ planè in litera nominantur. Non autem eſt differentia vtrum quis leget prædio modo vxori, an verò concubinæ: quia ſemper continebuntur in legato ea quæ dicta ſunt. Quid ſi legaui vxori meæ aurū quod eius cauſa paraui: poſtea autem conflatum eſt dictum aurum: extat tamen materia eius? certè materia vxori debebitur. intelligas autem ſupradicta vera eſſe ſi vxor cui ita legatum eſt, mortis teſtatoris tempore vxor inueniatur:& non aliàs. Item & prædicto modo poteſt legari non ſolū vxori & concubinæ (de quibus dictum eſt) ſed etiam filio & filiæ & ſeruo & ſeruæ.& eadem obtinebunt quę dicta ſunt in vxore & concubina.& hoc dicunt iſtę.v.leges. Viuianus.

IBI ERVNT QVID SIG.

bus, ex numero [d] liberorum teſtamentum facientis æſtimare.

**Non videntur eſſe in loco quæ ibi ſunt ad tempus. Bartolus.**

XLIIII. POMPONIVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

Si fundus legatus ſit cū his quę ibi erunt: quæ [e] ad tempus ibi ſunt, non videntur legata:& ideò pecuniæ quæ fœnerandi cauſa [f] ibi fuerunt, non ſunt legatæ.

**Ea videntur alicuius cauſa parata, quæ ad eius vſum proprium ſunt deſtinata: ſecus ſi ad vſum communem eius & alterius. Bartolus.**

XLV. VLPIANVS *libro viceſimoſecundo ad Sabinum.*

Hoc legatum, *Vxoris cauſa parata,* [g] generale eſt:& continet tam veſtem quàm argentum, aurū, ornamenta, cæteráque quæ vxoris gratia parantur. Sed quæ videātur vxoris cauſa parari? Sabinus libris ad Vitellium ita ſcripſit: Quod in vſu [h] frequentiſſimè verſatur, vt in legatis vxoris adiiciatur, quòd eius cauſa parata ſint: hanc interpretationem obtinuit, quod magis vxoris cauſa,, quàm communis promiſcuique [i] vſus cauſa paratum foret. neque intereſſe [k] vi-

g *Parata.* ſcilicet do lego.

h *Quod in vſu.* Hęc ſunt verba Sabini vſque illuc: neque,&c. quibus concor.s̃.tit.j.l.legatum vxori.&.j̃.de aur.& arg.le l. Quintus. in prin.&.j̃.e.l.idem.§.proinde.&.j̃.de ver.ſign.l.in lege.§.quid.&. de fun.inſtr.leg.l.quęſitum.§.quod.&.s̃.e.l.vxori.§.j.

i *Promiſcuique.* j̃.e.l.cum quęreretur.§.lana.in fi.contra.Sol.ibi.

k *Intereſſe.* infra eodem.l.ſi quid.

Ea tamen

ſum eſt, antè ductam vxorem id paterfamilias parauiſſet, an poſtea: an etiam ex his rebus quib⁹ ipſe vti ſoleret, vxori aliquid adſignauiſſet, dum id mulieris vſibus propriè attributum eſſet.

Relatiuum quis vel qui, poſitū ſine copula, præcedentium ſignificationem reſtringit: ſed ſi copula apponatur, augebit. Bart.

XLVI. PAVLVS *libro ſecundo ad Vitellium.*

EA tamen adiectio [a] legatum aliàs exiguius, aliàs plenius efficiat. augetur [b] cum ſic ſcriptū eſt, *Quæque eius cauſa parata ſunt.* id enim ſignificat, [c] & ſi quid præter ea quæ dicta ſunt, [d] eius cauſa paratū eſt. Minuitur [e] detracta coniunctione, [f] quia ex omnibus ſupra comprehenſis [g] ea ſola definiuntur, [h] quæ eius cauſa parata ſunt.

XLVII. VLPIANVS *libro vigeſimo ſecundo ad ſabinum.*

SI quid [i] earum rerum antè cōparauit, quàm vxorem duxit: ſi id ei vt vteretur tradidit, perinde eſt quaſi poſtea parauiſſet. [k] ex eo autem legato ea pertinent ad vxorem, quæ eius cauſa empta, [l] cōparata, quæq; retenta [m] ſunt: in quibus etiam quæ prioris vxoris, [n] quęq; filię, neptis vel nurus fuerunt, continentur.

Ad poſitionem ſpeciei ſequitur poſitio generis non econuerſo. Bartolus.

Inter emptum & paratū quid intereſt, quæritur. Et reſponſum eſt, in empto paratū ineſſe, [o] in parato non continuò [p] emptum cōtineri: † veluti ſi quis quę prioris vxoris cauſa emiſſet, poſteriori vxori tradidiſſet, eas res eum [q] poſterioris vxoris cauſa parauiſſe, non emiſſe conſtat. Ideóque quãuis maritus poſterioris vxoris cauſa nihil emerit, tamen tradendo, quæ prior habuerit, eius cauſa [paraſſe * videtur. Quæ enim poſterioris vxoris cauſa] parata ſunt: etſi ei [r] adſignata non ſunt, legato [s] cedunt. At quæ prioris vxoris cauſa parata ſunt, ita poſteriori debentur, [t] ſi ei adſignata ſint: quia non eſt ita de poſteriore vxore cogitatum, [u] cum compararentur.

XLVIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

B NAm ne [x] id quidē quod traditum eſt, ſi poſtea ademptum ſit, legato cedet.

XLIX. VLPIANVS *libro vigeſimoſecundo ad ſabinum.*

ITem legato [y] cōtinentur mācipia, puta lecticarij [z] qui ſolam [a] matremfamiliâs portabāt. Item iumenta, [b] vel lectica, vel ſella, vel burdones. † Item mancipia alia, puellæ [c] fortaſſis quas ſibi comatas mulieres exornant.

C Sed & ſi fortè virilia ei quædam donauerit, [d] quodammodo eius cauſa parata videbuntur. Proinde & ſi quædam promiſcui vſus ſint, ſolitus [e] tamen fuerit ab ea quaſi vſum mutuari: dicendum erit, ipſius cauſa videri parata.

Legato generis continentur omnes ſpecies: ſed legato ſpeciei non continetur alia ſpecies ſub genere contenta. Bartolus.

D Itē Intereſt, ipſius cauſa parata ſint ei legata, an ipſius cauſa empta. Paratis enim omnia cōtinetur quæ ipſius vſibus fuerunt deſtinata. empta * verò ea ſola [f] quę propter eā empta fecit maritus. vnde nō continebuntur emptis ſolis legatis, quæ alia ratione [g] paterfamiliâs adquiſita ei deſtinauit. vtroq; [h] autem legato cōtinebuntur & quæ maritus emi mādauerat, vel quæ emerat, necdū autē ei adſignauerat, adſignaturus [i] ſi viuiſſet.

E Parui [k] autem refert, vxori, an concubinæ quis leget quæ eius cauſa empta parata ſunt. ſanè enim niſi dignitate [l] nihil intereſt. Si vxori aurū quod

a *A tamen adiectio.* ſ. quæ eius cauſa parata ſunt, do lego. R.
b *Augetur.* ſcilicet legatum ea adiectione. Accurſius.
c *Significat.* ſcilicet talis adiectio.
d *Quæ dicta ſunt.* ſcilicet nominatim: puta ſic dixit vir, aurum & argentum & veſtem quæcunque eius cauſa ſunt parata, vxori do lego. Rog. nam & ſi qua alia ſunt præter prædicta eius vſus, ſunt legata. ſed Ioan. dixit in hoc augeri: vt etiā quę communis vſus cauſa ſunt parata, videantur relicta. primum placet. ſic in copula ſeu, vt infra de aur. & arg. leg. l. ſi ita quis legauerit.
e *Minuitur.* ſcilicet legatum adiectione tali. Accurſius.
f *Detracta coniunctione.* ſcilicet copula quæ: ſic puta, aurum, argentum, & veſtem, quę eius gratia vel cauſa parata ſūt, vxori meæ do lego.
g *Comprehenſis.* ſcilicet nominatim: puta aurū & argen. & veſtem.
h *Definiuntur.* id eſt determinantur. & ſic per inferiora reſtringuntur ſuperiora: vt infra de ſu pel. leg. l. legata. ij. reſpon. & infra de fund. inſtru. & inſtrum. leg. l. cùm de lanionis. §. cùm fundum.
i *SI quid.* adiunge cū lege præcedenti.
k *comparauiſſet.* relicto ſic legato: quæ cauſa vxoris meæ ſic parauí, ei do lego. vt hîc, & ſupra eo. l. hoc legatum. §. neque intereſt.
l *Empta* empta, prætio: comparata, alio modo: quęſita, vt permutatione: vt ſupra de cōtrahen. empt. l. j. §. j.
m *Retenta.* nam alienaſſet niſi pro ea retinuiſſet: & hoc ſiue ſit ibi copula, ſiue non.
n *vxoris.* hoc ſi fuerunt ei adſignata: aliàs non: vt. j̃, eo. ver. quæ enim. facit. s̃. eo. l. qui cōcubinam. in prin.
o *Paratum ineſſe.* ſicut genus ineſt ſpeciei. nam ſi eſt emptum, eſt paratum: ſed non conuertitur. ſic in agnatis vt in ſpecie continentur cognati vt genus: vt infra vnde legi. l. inter agnatos. in principio. ineſt ergo genus ſpeciei per poſitionem ſiue per conſequentiam: quia poſita ſpecie ponitur genus, & ad ſpeciē ſequitur genus: vt homo eſt: ergo animal eſt. & ſpecies ineſt generi per continentiam: quia in genere ſpecies continetur. nam legata familia & diſpenſator debetur, niſi fuerit exceptus: vt. j̃. de auro & argen. leg. l. j. in prin. Item paratis legatis, quæcunque empta continentur legato: ſed non conuertitur. nam generalibus ſpecialia inſunt: vt. j̃. de regu. iur. l. ſemper. & ſic no. hîc quòd totum eſt in parte. quod eſt verum ſecundùm quid: vt ex præmiſſis apparet.
p *Non continuò.* id eſt ſemper. q. d. non quicquid eſt paratum, ſtatim & continuò eſt emptum.

† Hic rectè probatur illa dialecticorum traditio, de qua Quint. lib. 5. ca. 10. Gen⁹ ſcilicet ad probandam ſpeciē minimū valere, plurimū ad refellēdam. Contrà ſpecies firmam habet probationem generis, infirmam refutationem.
* Incluſa deſunt Flo.

A
q *Eum.* virum.
r *Etſi ei.* ſcilicet vxori.
ſ *Legato.* relicto primæ vxori his verbis, Quæ eius cauſa parata ſunt, do lego.
t *Poſteriori debentur.* ſi ſint ei relicta ſui cauſa parata.
u *Cogitatum.* ſ. in emēdo, ſicut de priore cuius cauſa fuerunt empta.
x *NAm ne.* aliàs. le. Paulus: Nā ne &c. & continua, verè huic legato aſſignatio prodeſt: quia eius contrariū. i. adeptio nocet. Vel ſic: Bene dico non deberi quando non eſt traditū. nam & quādoque etſi ſit traditū, non tamen cedet legato. R. nam ne &c. Accurſius.
y *ITem legato.* prædicto. ſ. vxoris cauſa paratū ei do lego: vt. s̃. e. l. hoc legatum.
z *Lecticarij.* qui lecticas vel lectos dominæ faciūt. vel verius qui portant eam in lectica, vt ſubiicit.
a *Qui ſolam.* id eſt ſolummodo &c.
b *Iumenta.* quæ dominam portabant vel trahebāt in lectica. i. caretta, & ipſa lectica & ſella. i. ſambuca. ad quod eſt. s̃. de ſer. ru. præ. l. qui ſella. &. j̃. de auro & arg. leg. l. vxori. Itē burdones. i. baculi quibus apodiabatur domina: vel etiam illi qui eam portabant. & ſemper repete, continentur legato.
c *Puellæ.* quæ deſeruiūt in camera, quas puellas mulieres, id eſt dominæ comatas, quia comas habent. vel comatas, id eſt ornatas exornāt ſibi, vt decentius ſint in domo. alias quę ſcilicet puellæ exornant comatas mulieres. i. dominas iuuando eas exornare caput ſibi. ſ. dominabus.
d *Donauerit.* i. omnino eius vſibus conceſſerit. & ad hoc infra de auro & arg. leg. l. inter veſtē. &. j̃. de verbo. oblig. l. ſi mihi. §. j.
e *Solitus.* ſcilicet vir: vt j̃. de fun. inſtr. l. quęſitū. §. ſi quis eodem.
f *Ea ſola.* ſcilicet continentur. ad quæ facit. s̃. l. ſi quid. §. inter.
g *Alia ratione.* ſcilicet ſine emptione. Hug.
h *Vtroque.* caſu: id eſt ſiue empta ſiue parata legentur. vel id eſt vtroque modo legato relicto. Rog. vt quæ empta paratáque, & cætera.
i *Adſignaturus.* tamen empta fuerunt vtroq; viuente viro & vxore, & antè diuortium factum: vt infra de auro & argen. leg. l. ij. iij. & iiij. & facit. j̃. eo. l. cum vxori. & s̃. eo. l. hoc legatum. & l. ea. & l. ſi quid. & s̃. tit. j. l. legatis.
k *Parui autem refert.* quantum ad emptorum paratorúmve ſignificationem: vt. s̃. eo. l. qui concubinam.
l *In dignitate.* quam viri tribuunt: vt & s̃. de ſenato. leg. fœminæ.

† Burdones, muli ex equo & aſina nati.
* emptis.

eius cauſa paratum eſt, legatũ ſit, & poſtea ſit cõflatum, [a] materia tamẽ maneat, [b]ea [c]ei debetur: [d] ſed vt legatum valeat, mortis tẽpore vxorem eſſe debere Proculus ſcripſit: & verum eſt. Separatio [e]enim diſſoluit legatum.

Hoc legatum & filio & filiæ relinqui poteſt, *Quæ eius gratia parata ſunt:* & ſeruo [f]ſeruæq́;: & cõtinebuntur quæ ipſis [g]ſunt attributa [h] vel deſtinata. [i]

Hæc verba, cùm in ſuã tutelam peruenerit: diuerſimodè intelliguntur inſpecta conditione proferentis, & eius de quo proferuntur: idem in verbis ſimilibus. Bartolus.

L. IDEM *libro vicenſimo tertio ad Sabinum.*

CVm filiofamilas ita legatur, *Cum is in tutelam ſuam peruenerit*: pubertatis tempus ſignificatur. Et ſanè ſi impuberi filiofamiliâs legatum ſit: plerũque ſentiendum eſt (quod Sabinus ait) vt non & paterfamiliâs fiat, ſed vt pubes. [k] Cæterùm ſi mater quæ ſuſpectam habuit mariti, à quo diuorterat, vitam, filio ſuo quãuis impuberi leget: [l]nõ videtur ſenſiſſe de eo [m]tempore quo pubes eſt, ſed eo quo & pubes & paterfamiliâs eſt. Nam & ſi pubes fuit: [n]multo magis [o]dicem⁹ de patrefamiliàs eam ſenſiſſe: ac ſi dixiſſet, *In ſuam tutelam, & in ſuam poteſtatem*. Quod ſi quis patrifamiliâs impuberi leget cũ ſuæ tutelæ ſit, de pubertate ſenſit. Interdum & de vigintiquinque annis ſi mens teſtantis appareat. Nam ſi iam puberi, minori tamen vigintiquinque annis legauit, [p] proculdubio anni vigintiquinque erunt præſtituti. Item ſi furioſo, vel prodigo, vel ei cui prætor ex cauſa curatorem [q]dedit, ita ſit legatum: [r] puto & de eo ſenſum caſu, quo cura & tutela [ſ]liberentur. * Ex his & huiuſmodi apparet voluntatis quęſtionem Sabinum interpretatũ. & vtique non dubitaret, ſi puberi, [t]& multo magis maiori vigintiquinque annis ita ſit legatũ: [u] de ſua poteſtate teſtatorem ſenſiſſe. [x] Sic autem hæc ſcriptura [y] varia eſt, & voluntatis habet quæſtionem, vt [z]illa quoque ſi quis ita ſcripſerit, *Cùm ſui iuris fuerit factus*. [a] Nam aliter aliàs accipiatur: & plerumque [b]poteſtatis liberationem continet, plerumque pubertatem, [c]vel vicenſimumquintum annum. [d] Ego quidem & ſi quis iam puberi, [e] minori tamẽ vigintiquinque annis ſic legauerit, *Cùm ad pubertatem peruenerit*: puto de ætate [f] eum ſenſiſſe, quæ caret in integrum reſtitutione. Idem & ſi quis *cum ſuæ ætatis fuerit factus*, vel *legitimæ ætatis*: vtrum de pubertate, an de vigintiquinque annis ſenſum ſit, diſputari de voluntate [g] poteſt, non minus quàm ſi ita adſcripſerit, *cùm iuſtæ ætatis ſit factus*, vel, *Cùm maturæ ætatis*, vel, *Cùm adoleuerit.*

LI. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

---

non concubinarij. Vel dic, niſi quod dignius & fauorabilius eſt relictum vxori quàm concubinæ.

a *Conflatum.* voluntate non mutata: aliàs ſecus: vt.j̃. de auro & argen.leg.l. Seia. &.j̃.eo.l. lana. &.s̃.de leg.j.l. ſeruum filij.§. ſi pocula. & ſupra quibus mo. vſusfru. amit.l. quid tamen.§. ſi maſſæ. H.quæ eſt contra.

b *Maneat.* quia in maſſam liquidata eſt.

c *Ea.* materia.

d *Debetur.* ſcilicet hoc faciente materiæ ipſius poteſtate.R. ſcilicet quia remanet non ſpecificata: aliàs ſecus: vt inſtitu. de rerũ diui.§.cũ quis.

e *ſeparatio.* non bona gratia facta: vt.j̃. de auro & argento legato.l. ij. &.l.iij. &.s̃. de donatio.inter virum & vxorem.l. cùm hic ſtatus.§. ſi diuortium. ſicut aliàs, vt inimicitia: vt infra de adimen.leg.l.iij.§.fi.No. ergo tẽpore mortis eſſe vxorem. ſic infra vnde vir & vxor.l.j.§.j.&.j̃.de leg.præſtan.l.ſed & ſi.§.j. & ſupra de do. inter virum & vxorem.l. ſed & interim.§.fin. Sed cõtra infra de vent.in poſſeſſ.mitt.l.j.§. rectiſſimè. Solu.ibi.

f *ſeruo.* cum libertate, non aliàs: vt.C.de leg.l. ſeruus. Vel dic ſeruo quondam, & ſic liberto & libertę, quãquam nõ ſint in poteſtate legantis. nam nec vxor nec concubina. & facit ſupra eod. l. qui concubinam in princip.

g *Ipſis.* filio & filię, ſeruo & ſeruæ.

h *Attributa.* id eſt tradita.

i *Deſtinata.* id eſt aſſignata ſine traditione: vt s̃.eo.l.ſi quid. circa fi.& s̃.eo.l.vtroque.

CVm filiofamilias.] CASVS. Hæc lex ponit ſex modos legandi: & dicit quod illi ſex modi debent intelligi ſecundùm voluntatem teſtatoris. ſi autem non appareat voluntas teſtatoris ſtatur ei quod dicit hæc lex. Primus modus eſt talis: Titius legauit filiofami. Seij minori.xiiij. annis, cum is filius in ſuam tutelam peruenerit, centum. & dicitur quòd poteſt capere legatarius legatum cùm erit pubes, id eſt maior. xiiij. annis: & non expectatur quòd fiat ſui iuris, niſi in caſu, veluti: Titia habens filium ſiue minorem ſiue maiorem.xiiij. annis ex marito ſuo, cuius vitam ſuſpectam habebat, legauit ei filio centum cùm in ſuam tutelam peruenerit. nam tunc non ſolùm expectatur pubertas, ſed etiam quòd fiat ſui iuris. Secundus modus qui incipit ibi, quòd ſi quis &c. eſt talis: Lego Titio impuberi cùm ſuæ tutelæ fuerit. quo caſu de pubertate intelligitur. quandoque intelligitur de.xxv. annis: veluti ſi puberi ita legatum ſit. ſi autem furioſo vel prodigo ita legatum ſit, tunc intelligitur ei legatum cùm liberabitur tutela & cura. ſi autem puberi vel maiori.xxv. ann. ita legetur, intelligitur ei legatum cùm erit ſuæ poteſtatis. Tertius modus qui eſt ibi, ſi autem &c. eſt talis: Lego Titio cùm ſui iuris fuerit factus. quæ ſcriptura ita varia eſt, & ita habet voluntatis quæſtionem, ſicut ſuperiores. nam quandoque continet liberationem poteſtatis, puta in caſu qui dictus eſt ſupra ead. le.§. cæterum. &.§. nam & ſi. quandoque continet pubertatem: vt in ſecundo reſpon. huius leg. quandoque continet.xxv. annos, vt in caſu qui eſt ſupra ead. le.§. interdum. Quartus modus qui eſt in.§. ego &c. eſt talis: Lego Titio minori. xxv. ann. & maiori.xiiij. centum cùm ad pubertatem peruenerit. quo caſu intelligitur ei legatum cùm habuerit. xxv.ann. Quintus modus qui eſt in.§.idem & ſi &c. eſt talis: Lego Titio cùm ſuæ ætatis vel legitimæ ætatis factus fuerit. quo caſu intelligitur ei legatum quandoque cùm fuerit pubes, quandoque cùm habuerit.xxv. ann. vt ſupra in aliis dictum eſt. Et idem eſt in ſexto modo, lego Titio cùm iuſtæ ætatis factus erit: vel cum maturæ ætatis erit: vel cum adoleuerit. Quid ſi filięfami. ita legatum ſit, lego Titiæ cùm in ſuam tutelam peruenerit? tunc certè debebitur cum habuerit.xij. annos. hoc dicit cum leg. ſeq. Viuianus.

*Fl. curæ & tutelæ liberetur.

k *ſed vt pubes.* ſic inſti. de pupil.ſubſtit.in prin. Accurſius.

l *impuberi leget.* ſcilicet ſic, cum in ſuam tutelã venerit. R. & facit.j̃. ad Trebell. l. mulier. circa princip.

m *De eo.* ſolo.

n *Pubes fuerit.* cui prædicto modo legatur.R.

o *Multo magis.* quia hîc non cogitauit de pubertate.

p *Annis legauit.* illis verbis, cùm in ſuam tutelã venerit.

q *Curatorem dedit.* vt mente captæ aut luxurioſè viuenti mulieri: vt ſupra de cura. furio.leg. antepenul.

r *Ita ſit legatum.* illis verbis, cùm in ſuam tutelã venerit.

ſ *Tutela.* ſi furioſus eſt impubes, datur ei tutor: vt ſupra de tut.l.qui habet. ſed adulto eo facto datur curator. oportet ergo ab vtroque liberatum vt capiat relictum: ſic ſcilicet, cùm in ſuam tutelã peruenerit. quod erit etiam poſt vigintiquinque annos: vt inſti. de cura.§. furioſi. videlicet quãdo furioſus ſanam mentem, vel ſanos mores recuperat prodigus: vt ſupra de cura. fu. le.j.

t *si puberi.* ſcilicet filiofamiliâs.

u *Ita ſit legatum.* ſ. cùm in ſuam tutelam venerit.

x *ſenſiſſe.* ad hoc.s̃.ea.le. in princip. Et not. ex hac.l. & inferiore proxima ſecundũ.R. quòd vox hæc.i. hęc propoſitio, cum in ſuam tutelam peruenerit quis: nunc pubertatem ſignificat, & hoc plerũque.ſ. quoties teſtatorem ſecus ſenſiſſe non liqueat. nũc propriam poteſtatem, vt cùm filiofami. puberi vel maiori.xxv.annis ſic legatur. nunc vtrumque, vt cùm mater patrem odiens impuberi filiofami. ſic legauerit. quod & in ſimilibus dici poteſt. nunc.xxv. annis clauditur, vt in adulto patrefamil. nunc etiam vltra extenditur, vt in furioſo & filiofam. & ſimilibus.

y *Hæc ſcriptura.* ſcilicet cùm in ſuam tutelam venerit.

z *Vt.* id eſt ſicut.

a *Factus.* ſcilicet Titio do lego.

b *Plerumque poteſtatis.* ſ. quoties ſeruo vel filiofam. ſic legatur.

c *Pubertatem.* ſ. cùm patrifam. impuberi ſic fuit legatum.

d *Vicenſimumquintum annum.* ſ. cũ puberi patrifam. ſic eſt relictum.

e *Iam puberi minori.* ſcilicet patrifam.

f *Ætate.* ſcilicet ſola. xxv.ann. non autem hîc ſufficeret ætatis venia: vt.C. de iis qui ve. æta. impe.l.fina.

g *De voluntate poteſt.* in dubio de.xxv. an. intelligitur: vt.C. de iis

qui

quíve.æta.impe.l.fin.& quando di.leg.ce.l.ex his. & infra de condit.& demon.l.fin.

a SI *filiæfamilias.* impuberi.

b *Viripotens.* id eſt cùm.xij.ann.habebit:vt.ſ.l. proxi.in prin. nã tunc pati poteſt virum:vt inſtitu.de nup.in princ. & infra quando di.le.cc.l.quod pupillæ.

L*ibrorum.*] CASVS. Legaui Titię libros meos.certè continebũtur in legato omnia volumina quib⁹ pro libris ego vtebar, ſiue ſint illa volumina in charta ſiue in quacunque alia materia. Sed pone ꝙ legaui tibi cẽtum libros. certè continebuntur in legato centum volumina librorum: non autẽ computabimus quemlibet librum qui eſt in vno volumine, pro vno libro. & ponit exemplũ in Homero qui habet in ſe. xlviij. libros: non autem debet computari niſi ꝓ vno libro. Sed quid ſi legaui tibi corpus Homeri qui habet in ſe.xlviij.libros, vt dictum eſt, & non habeo de eo niſi. xxiiij. libros? certè non debebuntur tibi niſi.xxiiij.libri. Sed nunquid appellatione librorũ continebuntur bibliothecæ, vel alia in quibus ſcripta reponũtur? Non: nec etiam mẽbranæ puræ, id eſt non ſcriptæ, nec chartæ puræ ſimiliter. nec ecõtra chartis legatis debebũtur libri, niſi in vno caſu: puta cum aliquis ſtudioſus non habens niſi libros legauit alij ſtudioſo vniuerſas chartas ſuas. tũc enim bene cõtinebuntur libri appellatione chartarum quia talis videtur fuiſſe teſtãtis voluntas. Sed pone quòd legaui tibi chartas meas puras. certè nõ continebuntur membranæ, nec alię materię in quibus ſcribi ſolet, nec libri qui ſunt incepti ſcribi. Sed & ſi libros meos tibi legaui, non continebuntur libri qui ſunt incepti ſcribi: ſicut nec continetur veſtis appellatione veſtis nondum detexta: ſed bene continebuntur appellatione librorum libri completi, quamuis non ſint in aſſeribus ligati, vel conglutinati, vel emendati. Item continebuntur membranæ ſcriptæ, quamuis non ſint ſimul ſutæ. Sed quid ſi legaui tibi E chartas? certè non continebitur materia parata ad faciendum chartas. [SED ET SI BIBLIOTHECAM.] Legaui tibi bibliothecam meam. quæritur, nunquid contineatur legato armarium tantùm: an verò etiam libri qui reponuntur in bibliotheca, vel armario? Et dicitur quòd illud continebitur quod teſtator ſenſerit. ſi autem non appareat voluntas teſtatoris, non continetur niſi illud armarium quod eſt affixum ſolo: quia armarium quod eſt affixum ſolo, dicitur bibliotheca: ſed propriè armarium dicitur illud quod non eſt affixum ſolo: & largè dicitur armarium etiam bibliotheca. Item dicitur largiſſimè bibliotheca ipſi libri. quia igitur appellatione bibliothecæ continetur illud quod teſtator vult ita vt etiam libri contineantur: ſi teſtator vult, vt dictum eſt, non eſt per omnia verum illud quod Sabinus ſcribit ſupra eo. l. §.libris ſcilicet quòd libris legatis non continentur bibliochecę. nam libris legatis etiã armaria debentur ſi teſtator voluit: dum tamen dicta armaria non ſint affixa ſolo. nam eo caſu non debebuntur. quod autem dictum eſt in bibliotheca librorum, habet locum etiam in dactyliotheca anulorum. nam dactyliotheca legata continentur etiam anuli qui ſunt in ea, ſi teſtator voluit. quædam tamen ſunt quæ omni modo legatum ſequuntur. nam legato lecto cõtinentur etiam fulcra: & armariis legatis & vinculis ferreis in quibus mittuntur homines capti, cõtinentur clauſtra & claues. Viuia.

SI filiæfamilias [a] ita legatũ ſit, *Cùm in tutelam ſuam peruenerit:* tunc debebitur, cùm viripotẽs [b] facta fuerit.

Appellatione librorum cõtinentur omnia volumina in quacunque materia ſcripta. Barto.

LII. VLPIANVS *libro viceſimo quarto ad Sabinum.*

B LIbrorum appellatione continentur omnia volumina, † ſiue in charta, [c] ſiue in membrana [d] ſint, ſiue in quauis alia materia. † Sed & ſi in philyra, aut in tilia, [e] vt nonnulli cõficiunt, aut in quo alio corio: idem erit dicẽdum. Quòd ſi in codicibus [f] ſint membraneis, [g] vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, vel in ceratis codicillis: an debeantur, videamus. Et Gaius Caſſius ſcribit deberi & membranas libris legatis. Conſequenter igitur cætera quoque debebuntur, ſi non aduerſetur voluntas teſtatoris.

In dubio appellatio libri intelligitur de vno volumine: non de libris numeralibus per quos volumen diuiditur. Bartolus.

Si cui centum libri ſint legati, centũ volumina ei dabimus: non centũ quæ quis ingenio ſuo metitus eſt, cui ad libri ſcripturã ſufficerent: vtputa cùm haberet Homerũ totũ in vno volumine, non quadragintaocto [h] libros cõputamus, ſed vnum Homeri volumen pro libro accipiendum eſt.

Heres librum legatum nõ tenetur facere compleri. Barto.

Si Homeri corpus ſit legatũ, [i] & non ſit plenum: quantæcunque [k] partes hodie [l] * inueniantur, debentur.

Libris legatis non continentur ea in quibus libri reperiuntur. B.

Libris autẽ legatis bibliothecas [m] nõ cõtineri [n] † Sabinus ſcribit. Idẽ & Caſſius. ait enim mẽbranas quę ſcriptæ ſint, cõtineri. deinde adiecit, neq; armaria, neque ſcrinia, neq; cætera in quib⁹ libri conduntur, deberi.

Libris legatis chartæ non ſcriptæ nõ continẽtur: & chartis legatis nõ continẽtur libri, niſi aliter voluntas eſſet inefficax. Item legato chartarum nõ continẽtur membranæ, nec econuerſo. Bar.

Quod tamen Caſſius de membranis puris [o] ſcripſit, verum eſt. Nam nec chartæ puræ debentur libris legatis: nec chartis legatis libri debebuntur: niſi fortè & hîc C nos vrſerit voluntas: vtputa ſiquis [p] fortè chartas ſic reliquerit, *Chartas meas vniuerſas.* qui nihil aliud quàm libros habebat, ſtudioſus ſtudioſo. nemo enim dubitabit libros deberi. [q] Nã & in vſu pleriq; libros chartas appellant. Quid ergo [r] ſiquis chartas legauerit puras? Membranæ nõ continebuntur, [ſ] neque cæteræ ad ſcribendum materiæ. [t]

Libri cœpti ſcribi non continentur appellatione librorũ: ſec⁹ ſi ſunt bene cõpletè ſcripti, nõ tamẽ correcti vel miniati. Brt.

D Sed nec cœpti ſcribi [u] libri. Vnde non malè quæritur, ſi libri legati ſint, an contineantur nondum perſcripti. Et non puto [x] contineri, nõ magis quàm veſtis appellatione nondum detexta [y]

c *Chartas.* de bombyce.

d *Membrana.* de membris animalium.

e *In philyra aut in tilia.* [a] coria ſunt quorundam animaliũ, vt ſtatim patet cũ dicit, in quo alio &c. & ſemper dic ſi pro libris paterfami. vtebatùr.

f *Quòd ſi in codicibus.* repetit, vt addat.

g *Membraneis.* id eſt libros ſcriptos in mẽbranis. q.d. nõ inceratos & eboreos: ſed ſtatim corrigit. conſequenter &c. vt omnes contineantur in dubio ſi pro libris eis vtebatur teſtator: niſi contraria probetur voluntas, vt hîc &.j̃.proxi. §.fortè enim paterfami. pauper tabulis cereis vtebatur pro libro.

h *Quadraginta octo.* nota quot libros fecit Homerus.

i *Legatũ.* id eſt libri ab eo facti.

k *Quantæcumque.* ſic.ſ̃. titu.ij.l. ſi ſeruus. §. qui quinque.

l *Hodie.* tempore mortis in bonis defuncti.

m *Bibliothecas.* id eſt armarium vbi libri reponuntur: vt.ſ̃. de contrahen.emp.l.Labeo.

n *Contineri.* ſcilicet libris legatis. no. pro materiato materiam poni.

o *Puris ſcripſit.* ſ. tacitè, vt nõ debeãtur libris legatis. cũ enim dixit ſcriptas deberi: innuit ꝙ nõ ſcriptę nõ debebũt. Ac.

†Concor.c. ſi Romanorũ.§.dicendo.vbi dicitur, dicendo verò omnia decretalia conſtituta, nullum de decretalib⁹ conſtitutis prætermiſit. & gloſ. in verbo, dicẽdo ibi argu. quòd verbo generali omnia debent comprehẽdi.diſtin. 19.

† In hũc locum Alex. ab Alexan. lib 2. Gen. die. cap. 30.

* Miror Taur ſic ediſſe, cum ipſe in anno. fateatur in arche. hodie legi PARS HODIAE Ant. Augu. Emẽd. lib. 4. ca. 2. rhapſodię legendũ opinatur. nã ſinguli Homeri libri hoc nomine ſignificãtur ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν καὶ ᾠδὴ, quaſi à conſuendis ſeu contexẽdis carminibus.

† Cõcor. gl. in verb. propoſuit. circa med. ibi, nõ eſt recedendũ à ſignificatione verborum, niſi cum conſtet teſtatorem aliud voluiſſe. c. ex literis. extra de ſponſa. & mat.

a] Quid ſit philyra, vide, ſi libet, Pli. lib. 16. ca. 15. ac perfuſe Politianũ Micel. cap. 72.

p *Vtputa ſi quis.* ſcilicet ſtudioſus ſtudioſo: quod eſt infra.

q *Libros deberi.* immutatur ergo appellatiuum: & ſic eſt contra.ſ̃. tit.ij.l.iiij. Solu. ſi id quod ſenſit teſtator, prorſus extraneũ eſt ab eo quod expreſſit, nil debetur: vt ibi. verò coaptari poteſt ratione cõſuetudinis alicuius loci, ſecus eſt ſecundùm Io. vt hîc, &.j̃.e.§.fin. & eodem modo ſoluitur.j̃.de rebus dub.l.in ambiguo.

r *Quid ergo.* aliàs quid ergo: aliàs, ſi quis ergo: aliàs, & ideò ſi quis.

ſ *Non continebuntur.* quia appellatione chartarum continentur quæ de bombyce ſunt, vt hîc. ſed hanc interpretationem non admitrit R. in noſtris eloquiis: cùm membranas noſtro vſu tantùm chartas cicamus: qui vſus omni regulæ omníque conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus derogat ſolus: qui quoniam ſit magis facti, nulla iuris conſtitutione mutari poteſt: tam cæteris quàm Priſciano & Horatio noſtri eloquij authoribus in hac re inuocatis teſtibus. Ro.

t *Materiæ.* vt ebore æ & cereæ.

u *Scribi.* ſcilicet continentur appellatione chartarum.

x *Et non puto.* ſic ergo libri cœpti nec appellatione chartarum, nec appellatione librorum continentur: ſecus ſi legetur argentum factum: vt.j̃.de auro & argen.lega.l.& ſi non ſint.§ quid ergo.

y *Detexta.* quæ ſit hæc, dic vt.j̃.de aur.& argẽ.leg.l. veſtimentum

a *Perſcripti.* id eſt in totum ſcripti.
b *Malleati.* id eſt aſſeribus incluſi.
c *Ornati.* id eſt cinnabriati vel capitulati.
d *Conglutinati.* id eſt ligati, ſcripti tamen.
e *Sed & membranæ.* ſcriptæ. Vel dic etiam non ſcriptæ, ſi talis appareat defuncti voluntas: vt. j. de auro & argen. leg. l. argumento. §. pen. in fin. §.

† Columell. lib. 12. cap. 9.

f *Continebuntur.* vt & s. §. proxi. in fine: niſi alia fuerit voluntas defuncti: vt. j. de auro & argen. leg. l. argumento. §. pen. item ſecus in argento: vt. j. de auro & argẽ. lega. l. & ſi non ſint. §. quid ergo.

CHARTAE.

g *Solum.* ſ. ſine libris.
h *Significari.* ſubaudi, per, niſi ſit i pro e: quod ſæpe occurrit in Pan. Flo.

BIBLIOTHECA.

i *Emiſſe.* ſic ponitur ſupra de contrahen. emptio. l. Labeo.
k *Non ſequi.* id eſt vt legando libros nõ videatur legaſſe bibliothecã: quod Sabin[us] dixit. s. ea. l. §. libris autẽ. & ſecundum hoc planũ eſt qđ ſequitur. Alij dicunt Sabinũ aliàs dixiſſe, & intellexiſſe vt legando bibliothecam non videatur legaſſe libros. & ita eſt hîc fallacia amphiboliæ: vt, verũ eſt panẽ comedere carnem. namque licèt bene diceret Sabinus: tamẽ hæc litera nõ portat hũc ſenſum propter verbum quoque, quod eſt ſtatim.

* membro domus.

l *Verum eſt.* Scilicet, cũ mens teſtatoris ſit in cõtrarium, vt appellatiõe librorũ contineatur armarium ſecundùm pri mum. Vel dic vt appellatione bibliothecæ cõtineantur libri, ſecundùm Ir. nec obſta ſupra de leg. j. l. iiij. quia ſoluitur. s. ea. l. §. libris.

DACTYLIOTHECA.

continetur. ſed perſcripti [a] libri nondum maleati [b] † vel ornati [c] continebuntur. Proinde & nondum conglutinati [d] vel emẽdati cõtinebuntur: ſed & mẽbranæ [e] nondũ conſutæ continebuntur.

**Legato materiato non intelligitur legata materia. Barto.**

Chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur. [f] Sed ſi bibliothecam legauerit, vtrum armarium ſolum [g] vel armaria continebũtur, an verò libri quoque contineantur, quæritur. Et eleganter Nerua ait intereſſe id quod teſtator ſenſerit. nam & locum ſignificari [h] bibliothecam eo, aliàs armarium, ſicuti dicimus, eboreã bibliothecam emit: aliàs libros, ſicuti dicimus bibliothecam emiſſe. [i] Quod igitur ſcribit Sabinus, libros bibliothecam non ſequi, [k] non per omnia verum eſt. [l] nam interdũ armaria quoque debentur, quæ [m] plerique bibliothecas appellant. Planè [n] ſi mihi proponas adhærentia [o] eſſe membro * armaria, vel adfixa: ſine dubio [p] non debebuntur, [q] cum ædificij portio ſint. Quod in bibliotheca tractauimus, [r] idem Pomponius libro ſexto ex Sabino in dactyliotheca [s] legata tractat: & ait anulos quoque contineri, non ſolùm thecam [t] quæ anulorum cauſa parata ſit. hoc autem ex eo con-

m *Quæ.* ſcilicet armaria.
n *Planè.* pro ſed.
o *Adhærentia.* ſolo vel ædificio domus, vel affixa: vt ſubiicit.
p *Sine dubio.* quamuis in ſupradictis poſſit dubitari. Accur.
q *Non debebuntur.* ſcilicet cùm legantur libri.
r *Tractauimus.* vt libris legatis videatur bibliotheca legata, ſi hoc teſtator voluit: vt. s. §. ſed & ſi bibliothecam.
ſ *Dactyliotheca.* [a] vas vbi anuli reponuntur, vt ſubiicit. legatis ergo anulis & vas videtur legari ſi hoc voluit teſtator.

a] Plin. lib. naturalis hiſto. 27. cap. 1. hoc verbo vtitur, & Mart. lib. 11. de gramma. de Carino loquens.

t *Thecam.* id eſt dactyliothecam, vt dixi, quod eſt vas: vt. j. de penu. lega. l. iij. in fine.
u *Coniectat.* id eſt coniecturatur vel præſumitur quòd pars in toto contineatur.
x *Exiſtimaſſe ait.* ſcilicet Pompo, aliàs non dicturus niſi in caſu propoſito, cum addiderit: & anulos &c. nec enim regulariter id dixit Pomponius. & facit. j. l. proxi.
y *Omnimodo.* licèt non ſit certa mens teſtantis: ſed in ſuperiorib[us] aliud eſt.
z *Vt lectum.* hîc ponitur in neutro genere: aliàs in maſculino: vt. s. de peri. & commo. rei ven. l. lectos.
a *Fulctra.* id eſt ornamenta lecti ſecundum Hug. & facit. j. de acquiren. rerum domi. l. ſed ſi de meis. §. j.
b *Armariis.* ſcilicet legatis.
c *Et loculis.* aliàs vinculis, ſcilicet legatis. ſecundùm hoc dicit de vinculis quibus homines vinciuntur: qui cũ clauaturis & clauibus

firmantur, vt in ſcyphis videmus: ſed aliàs deeſt &, & eſt vincula A & cla. &c. Et ſecundum hoc dic vincula quibus firmãtur armaria, id eſt feræ & clauaturæ: & quibus clauduntur oſtia. aliàs eſt loculis, id eſt vaſis quæ clauibus firmantur. Accurſius.
d *Cedunt.* acceſſionis potius iure, quàm ex ſignificationis verbi natura, ſecundùm Rog.

iectat, [u] quòd ita proponitur quis legaſſe, *Dactyliothecam meã, & ſi quos præterea anulos habeo.* & ita Labeonem quoque exiſtimaſſe [x] ait. Sũt tamẽ quædã quæ omnimodo [y] legatũ ſequuntur: vt lectũ [z] legatũ cõtineat & fulctra: [a] & armariis [b] & loculis [c] clauſtra & claues cedunt. [d]

B

LIII. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

ARgento legato conſtat arculas [e] ad legatarium non pertinere. [f] Item anulis legatis dactyliothecæ non cedunt.

**Dictio, hoc amplius, præcedẽtiũ repetitionẽ inducit. Bartol.**

LIIII. POMPONIVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SI purè tibi legauero, deinde poſtea ſcripſero ita, *Hoc amplius, ſi nauis ex Aſia venerit, heres meus ei fundum dato*: verius eſt eo C verbo amplius, ſuperiora repeti: [g] ſicuti dicimus, *Lucius Titius plebi quina milia dedit: hoc amplius Seius viſcerationem*: [h] † quina quoque milia Seium dediſſe intellegimus. *& Titius* [i] *accepit quinque, Seius hoc amplius fundum*: Seium quinque quoque accepiſſe intellegimus. [k]

**Appellatione ligni legati cõtinetur lignũ cõburẽdi cauſa paratũ à terra ſeparatũ ſpeciali nomine nõ ſubmiſſum, niſi volũtas teſtatoris vel eius cõditio aliud induceret. h. d. tota l. ſecũdum Ia. de Are. Bartolus.**

D

ARgento.] CASVS. Lengaui tibi argẽtum meum, certè nõ cõtinentur arcæ in quibus erat repoſitum: ſed & anulis legatis non continentur dactyliothecæ in quibus anuli reponuntur. Viuianus.

e *Arculas.* paruula arca vbi ponitur argentum: vt infra de penu lega. l. j. in fine.
f *Non pertinere.* niſi mẽs teſtantis ſit contra. arg. s. l. proxi. §. ſed & ſi bibliothecam.

ARGENTVM.

SI tibi purè.] CASVS. Legaui tibi centum purè, poſtea ita dixi: hoc amplius ſi nauis ex Aſia venerit, heres meus tibi fundum det. certè propter hoc verbũ ampli[us], repetita videntur à ſecundo legato fundi cẽtum primo legata. vnde etiam centum debebũtur tibi ſub conditione, quamuis forent primò purè legata. poſtea ponitur leue ſimile. Sed pone ꝙ legaui Titio quinq;: & poſtea ita dixi: Seio hoc ampli[us] fundum lego. certè Seius habebit nõ ſolùm fundum, ſed etiã alia quinque: & hoc propter dictum verbum, hoc amplius. & hoc dicit. Viu.

AMPLIVS.

† Sic Flor. perperam autem in vulg. impreſſis, huiuſcemodi ratione. & in manuſc. huius rei ratione. Ant. Aug. li. 4. c. 1. vbi & hoc verbũ explicat.

g *Repeti.* & etiam conditio, vt in contrario caſu: vt. j. de condit. & demonſtra. l. auia. ſecundũ H. ſed R. dixit hîc non intelligi repetitam conditionem niſi aliquibus appareat coniecturis: vt. j. eo. l. non aliter. Accurſius.
h *Hoc amplius.* id eſt propter illud verbum, hoc. Azo. ADDITIO. Ne pereat gloſſematis intellectus, ſcire oportet vulgarem lectionẽ prius hoc modo habuiſſe: hoc amplius Seius. huiuſmodi oratione quina quoque Seium dediſſe intelligimus. ſed & ſi Titius accepit quinque, Seius &c. Itaque pro huiuſmodi oratione ex fide Florentini codicis ſubſtituimus viſcerationem. Erat autem viſceratio, cum carnis epulum plebi dabatur. Cicero libro. ij. Offic. Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis, & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, E ludorum venationúmque apparatu pecunias profundunt. Liuius lib. viij. P. Plautio Proculo, P. Cornelio Scapula conſulibus populo viſceratio data à M. Flauio in funere matris. Latinis quoque feriis viſcerationem dari proditum eſt. Nam & Cicero in oratione Planciana ait, Niſi fortè te Lauicana, aut Bouillana, aut Gabina vicinitas adiuuabat, quibus è municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Et Varro lib. ij. de lingua Latina: Similiter Latinæ feriæ dies conceptiuus dictus à Latinis populis, quibus ex Albano monte ex ſacro carnem patere fuit ius cum Romanis Plinius quoque maior lib. iij. Cum his carnem in monte Albano ſoliti accipere populi Albenſes, Albani, Aeſolani, & cæteri. Idque eſt quod Pomponius capite poſteriori de origine iuris ait, Latinarum feriarum cauſa præfectum Vrbi introductum. Antonius Auguſt. lib. iiij. cap. j.
i *Titius.* ecce tertium exemplum.
k *Intelligimus.* id eſt intelligere poſſumus, ſi ea mens loquentis appareat,

LV. VLPIANVS *libro vicenſimo quinto ad Sabinum.*

Ligni appellatio nomen generale eſt: ſed ſic ſeparatur,[a] vt ſit aliquid materia, aliquid lignum.[b] Materia eſt, quæ ad ædificandum, fulciēdum neceſſaria eſt: lignum, quicquid comburēdi [c] cauſa paratum eſt. Sed vtrum ita demum, ſi conciſum ſit, an & ſi non ſit? Et Quintus Mucius libro ſecundo refert, ſi cui ligna legata eſſent quæ in fundo erant, arbores quidem materiæ cauſa ſucciſas non deberi: nec adiecit, ſi[d] non comburendi gratia ſucciſæ ſunt, ad eum pertinere: ſed ſic intelligi conſequens eſt. Ofilius quoque libro quinto iuris partiti ita ſcripſit, cui ligna legata ſunt, ad eum omnia ligna pertinere quæ alio nomine[e] non appellantur: veluti virgæ, carbones, nuclei oliuarū, quibus ad nullam aliam rem niſi ad cōburendum poſſit vti. Sed & balani,[f] vel ſi qui alij nuclei.[g] Idem[h] libro ſecundo negat arbores nondum conciſas,[i] niſi quæ minutatim conciduntur, videri ei legatas, cui ligna legata ſunt. Ego[k] autem arbitror hoc quoque ligni appellatione contineri, quod nōdum minutatim fuit conciſum, ſi iam concidendo[l] fuit deſtinatum. Proinde[m] B ſi ſiluam huic rei[n] habebat deſtinatam, ſilua[o] quidem non cedet: deiectæ[p] autem arbores lignorum appellatione continebuntur: niſi aliud teſtator ſenſit. Lignis autem legatis, quod comburendi[q] cauſa paratum eſt, continetur, ſiue ad balnei calefactionem, ſiue diætarum[r] hypocauſtarum,[ſ] * ſiue ad calcem ſiue ad aliam rem coquendam ſolebat vti. Ofilius libro quinto iuris partiti ſcripſit, nec ſar- C menta[t] ligni appellatione contineri.[u] Sed ſi voluntas non refragatur,[x] & virgulæ,[y] & gremia,[z] † & ſarmēta, & ſuperamēta[a] materiarum, & vitiū ſtirpes[b]

pareat. cæterum non eſt talis perpetuus intellectus, ſecundū R. pro quo eſt. j. eo. l. non aliter. & ſic ſoluitur contrarium. ſ. de lega. j. l. ſi A ſeruus legatus. §. ſi ita. Sed tu dic aliter vt ibi no. & facit. ſ. eo. l. ſi ſit. & j. de dot. præle. l. qui ita. & ſ. titu. ij. l. legata inutiliter.

Ligni.] CASVS. Lignum aliud dicitur materia ad ædificandū parata, aliud lignum cauſa comburēdi paratum. ſed vtrum videtur eſſe lignum ita demum ſi conciſum ſit: an etiam ſi non ſit conciſum? & certè arbores materiæ cauſa ſucciſæ non cōtinentur appellatione lignorū legatorum. & hoc dicit Quintus Mucius, nec adiecit dictus Quintus Mucius pertinere ligna ad eum cui legata ſunt ligna etiam ſi non ſint ſucciſa cauſa comburendi, ſed tantùm ad comburendum parata, & nō ſucciſa. Sed Ofilius dixit cōſequēs eſſe ſic intelligi, vt ad eū pertineant: cuius Ofilij verba ſunt hæc: Cui ligna legata ſunt, ad eū omnia ligna pertinere quæ alio nomine nō appellant: etiā ſi nō ſucciſa, dum tamē ad comburendum parata. Alieno autem nomine appellantur, ſicque apppellatione lignorū legatorum non continentur virgę, carbones, nuclei oliuarum, ſed & balani, & ſi qui ſint alij nuclei: quamuis eis non poſſit vti legatarius cui legata ſunt ligna, ad vllum alium vſum niſi ad comburendum. Item negat dictus Ofilius ei cui ligna legata ſunt, videri legatas arbores nondum conciſas, niſi quæ minutatim ſunt conciſæ. ſed & ſi non minutatim ſunt conciſæ, ſed ſunt ad concidendum deſtinatæ, videntur legatæ. Quid ſi ſiluam habebat teſtator deſtinatam ad comburendum, & legauit Titio ligna? certè ſilua legato non cedet: ſed arbores deiectæ in dicta ſilua ſic. Quod autem dictum eſt lignorum appellatione contineri illud quod eſt paratum cauſa comburendi, verum eſt ſiue ad balnei calefactionem ſolebat vti teſtator, ſiue ad calefactionem diætarum, ſiue hypocauſtorum: ſiue ſolebat vti ad coquendum calcem, ſiue ad aliam rem coquendam. Sarmenta autem non continentur appellatione lignorum, niſi hoc teſtator voluerit. nam tunc continebuntur & ſarmenta, & virgulæ, & germina, & ſuperamenta materiarum, & ſtirpes & radices vitium. In quibuſdam etiam regionibus continentur appellatione lignorum herbulæ quædam & ſpinæ & vepres: ſicut eſt in AEgypto, vbi arundine pro ligno vtuntur, & vbi arundines & papyrum comburunt. nam & homines de AEgypto appellant lignum * nauem quæ ducit ligna de paludibus. Item in quibuſdam aliis prouinciis vtuntur homines ad comburendum editu, id eſt ſtercore boū: & ideo ibi ſtercus boum continetur appellatione lignorum. Sed pone quòd lignum eſt paratum à teſtatore ad carbones conficiendos. certè non continebitur appellatione lignorum, neque carbonum: nec etiam titiones, nec alia ligna cocta ne fumum faciant, nec ſulphurata de ligno, nec ea quæ ſunt parata ad faces: niſi teſtator hoc voluit. Pineæ autem ex quibus nuclei ſunt extracti, bene continentur lignorum legatorum appellatione. pali & perticæ non continentur: quia ſunt in numero materiæ. hoc dicit cum. l. ſeq. Viuianus.

*al. ξυλκγὴν

Generis nomen quandoque ſpeciei imponitur.

a *Separatur.* à ſapientibus propter diuerſos vſus.

b *Aliud lignum.* nomen generis imponitur ſpeciei. ſic. ſ. de adop. l. ij. §. j. Accurſius.

c *Comburendi cauſa.* principaliter, vt combuſtio prima & ſola parandi cauſa fuerit. Rog.

d *Si.* aliàs eſt ſi non. & tunc dic ſi, pro quia: vel propriè. & quod ſubiicit, ad eum. ſ. heredem. aliàs ſine non: & dic tunc ad eum. ſ. legatarium: ſed habetur pro dicto, vt ſubiicit. Accurſius.

e *Alio nomine.* ſcilicet ſpeciali, qualia ſunt virgæ &c. nam habent ſpeciale nomen: & ideò non continentur appellatione ligni, licèt ad nil alind valeant niſi ad comburendum. Sed contra infra eo. §. O filius. vbi virgæ & ſimilia continentur. Sed ibi ſpeciale ratione prouinciæ vnde erat teſtator. arg. j. ea. l. §. lignorum. ſed. R. diſtinguebat an erant ad alium vſum aptæ, vt ad faces, vel ad plantandum ſalictum: vt infra ar. fur: cæſarum. l. iij. & tunc non continentur: vt hîc. an non: & tunc ſic, vt ibi. cui obſtat quod hîc dicit, quibus & cæt. ſed ipſe refert ad ligna, & non ad proximè dicta: quibus ſcilicet lignis &c. & facit ad totam hanc legem infra de verborum ſignificatione. l. carbonum.

f *Balani.* [a] nuclei fructuum illius arboris: ſicut nuclei oliuarum. Accurſius.

a] De balanis vide ſi libet Dioſcori. cap. 154. ex traduc. Hermo. & Hermo. ipſum in corolla. ca. 152. & Plin. lib. 13. c. 4.

g *Nuclei.* ſcilicet non continentur, cum proprium habeant nomē: vt infra de verbo. ſigni. l. carbonum. niſi alia ſit voluntas teſtatoris: vt infra. §. Ofilius. licet. R. dixerit quòd continentur appellatione lignorum ſecundùm diſtinctionem præmiſſam.

* ſiue diætarum, ſiue hypocauſtorū.

h *Idem.* ſcilicet Ofilius. ſed aliàs eſt lex, negat. aliàs. §. idem lib. ij. negat &c.

† Vide Anto. Aug. lib. 3. cap. 7.

i *Nondum conciſas.* id eſt à terra inciſas: & ſubaudi, vel etiam inciſas à terra: ſed poſtea minutatim non inciſas. ſic ergo tria exigebat Ofilius vt arbor ligni appellatione contineatur, ſcilicet quòd ſit à terra ſeparata, item facto hominis, item ꝙ poſtea minutatim fuerit inciſa.

k *Ego.* ſcilicet Vlpianus.

l *Concidendo.* fuerat tamen à terra ſeparatum: & ſic Vlpianus primum curat, tertium non curat, dummodo hoc teſtator facere deſtinabat. ſed nec medium curat, ſcilicet facto hominis, vt ſequi- D tur. Accurſius.

m *Proinde.* id eſt ergo &c.

n *Huic res.* incidendam, & minutatim incidendam, etiam magnas arbores.

o *Silua.* ſi habes ſilua, ſcilicet non inciſa, non cedet legatario: quia non ſunt ligna dum terra aluntur. ſi verò habeas ſiluam: dic nō cedet legatarius eadem ratione quam dixi.

p *Deiectæ.* licèt non ſint conciſæ facto hominis, ſed vi ventorum vel alio modo deiectæ: in quo ſecus putabat Ofilius, vt prædixi. & dic quòd & hîc minutatim incidere proponebat: vt & ſuperiori caſu quando ab homine ſunt conciſæ.

q *Comburendi.* ſcilicet principaliter, non etiam per medium. Ioan. puta faces: vt infra. §. penul.

r *Diætarum.* in aulis vbi ſtant domini ad ignem.

ſ *Hypocauſtarum.* vbi ſtant ægroti, qui quandoque indigent igne: vt argu. ſupra man. l. ſi quis mihi. Accurſius..

E t *Nec ſarmenta.* vulgare Tuſcorum, quod inciditur de vitibus in capite quando putantur. Accurſius.

u *Continere.* ſi ad alium vſum ſit quàm ad comburendum, ſecundùm Rog. quod reprobauit. ſ. in. §. Ofilius. Accurſius.

x *Non refragatur.* vel quia non ſint ad alium vſum ſecundùm R. vel quia ſit conſuetudo illius terræ vt eis vtantur pro lignis ſecundùm nos: vt infra.. §. proxi. Accurſius.

y *Virgulæ.* aliàs virgæ: aliàs virgulæ.

z *Germina.* id eſt pedamenta iuxta aliàs arbores: vt ſupra ſolu. matri. l. diuortio. §. ſi fundum. ADDITIO. Florentiæ gremia legitur, idque rectius, vt ex Columellæ auctoritate patet, lib. xij. cap. xix. Muſtum de lacu in vaſa defrutaria deferemus, leuique primū igne, & tenuibus admodum lignis, quæ gremia ruſtici appellant, fornacem incendemus.

a *Superamenta materiarum.* quas vocant Bononiæ amaniclos.

b *Stirpes.* ſcilicet vetuſtas. & facit. j. arb. fur. cæ. l. iij.

UNED

atque radices continebuntur.[a]

Lignorū appellatione[b] in quibuſdam regionibus (vt in Ægypto, vbi arundine pro ligno vtūtur, & arundines & papyrum[c] comburunt) & herbulæ quędam, vel ſpinę, vel vepres continebuntur. Quid mirū?[d] cum ξύλον hoc, & naues ξυληγὰς[†] appellant, quę hæc[e] ἀπὸ τῶν ἑλῶν deducunt. In quibuſdā prouinciis[f] & editu[g] boum ad hanc rem vtuntur.

Si lignum ſit paratum ad carbones coquendos[h] * atque conficiendos: ait Ofilius libro quinto iuris partiti carbonū appellatione huiuſmodi materiam non cōtineri. Sed an lignorum? Et fortaſſis quis dicet, nec lignorum. non enim lignorum gratia hæc teſtator habuit.[i] Sed & titiones, & alia ligna cocta[k] ne fumū faciāt, vtrum ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? Et magis eſt vt proprium genus habeatur. Sulphurata[l] quoque de ligno æquè eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata, non erunt[m] lignorum appellatione comprehenſa: niſi hęc fuit voluntas. De pinu autem integri ſtrobili,[n] ligni appellatione continebuntur.

LVI. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

Pali[o] & perticæ in numero materiæ redigendi ſunt, & ideo lignorum appellatione non continentur.

Cui eſt legata materia, non eſt legatum materiatum. Bartolus.

LVII. POMPONIVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

Seruius[p] reſpondit, cui omnis materia legata ſit, ei nec arcā, nec armarium legatum eſſe.

LVIII. VLPIANVS *libro quarto Diſputationum.*

Cum vxori ſuæ quis ea quæ eius cauſa parata ſunt legaſſet, deinc[q] viuus * purpuras cōparaſſet[r] in prouincia, necdum tamen aduexiſſet:[ſ] reſcriptum eſt, ad mulierem purpuras pertinere.

Legato inſtrumentorum continētur nomina debitorum. Bartolus.

LIX. IVLIANVS *libro trigenſimoquarto Digeſtorum.*

Qui chirographum legat, nō tantùm de tabulis cogitat, ſed etiā de actionibus[t] quarum probatio tabulis continetur. Appellatione enim chirographi vti nos pro ipſis actionibꝰ palam eſt: cùm venditis[u] chirographis intellegimus nomen veniſſe. Quin etiam ſi nomen quis legauerit: id quod in actionibus eſt, legatum intellegitur. *

LX. ALFENVS *libro ſecundo Digeſtorum à Paulo epitomatorum.*

Cum quæreretur, agni legati quatenus viderentur:[x] quidam aiebant, agnum dumtaxat ſex menſium eſſe. Sed verius eſt eos legatos eſſe, qui minores anniculis * eſſent.[y] Seruis & ancillis vrbanis legatis, agaſonem,[z] mulionem legato non contineri reſpōdi. eos enim ſolos in eo numero haberi, quos paterfamilias circum ſe[a] ipſe ſui cultus cauſa haberet.

In iis quæ quis promiſcuè vtitur, illud videtur vxoris cauſa paratum, quod ad eius vſum annuū eſt neceſſarium. Bartolus.

Lana, lino, purpura, vxori legatis, quæ eius cauſa parata eſſent: cùm multam lanam & omnis generis reliquiſſet,[b] quęrebatur, an omnis deberetur. Reſpōdit, ſi nihil ex ea deſtinaſſet ad vſum vxo-

a *Continebuntur.* ſ.§.Ofilius.contra.Sol.ibi.

b *Lignorum appellatione.* continebuntur herbulæ quædam, &c. in quibuſdam,&c.

c *Papyrum.* id eſt, iuncum vnde fit papyrus ad lampades.

d *Quid mirum.* hoc eſt Græcum, quod lignum interpretatur: & ſic Græci naues appellant lignum.

e *Quæ hæc.* ſcilicet ligna: & habent hîc aliud Græcū, cuius ſenſus eſt, de paludibus.

f *Prouinciis.* vt in Vngaria & quibuſdam partibus Hiſpaniæ.

g *Editu.* id eſt, id quod boues comedunt, & poſtea ſtercorant, & eo vtuntur ad ligna.

h *Coquendos.* puta ad fabricam vbi prius minutatim inciduntur ligna. Accurſius.

i *Teſtator habuit.* ſicut nec appellatione librorum chartæ continentur, vel alteriꝰ materiæ: vt ſupra eod.l.librorum.§. ſicut. & infra eo.l.ſeruus.

k *Cocta.* fortè in furno.

l *Sulphurata.* ſic fit quādo in caſtro proiicitur ignis, id eſt, titiones ſulphurati.

m *Parata non erunt* licèt per mediū ad comburendum ſint parata, & hęc ſunt maximè in alpibus. Accurſius.

n *Strobili.*[b] aliàs troboli, qui vulgariter pineæ vocantur. ſed hoc accipe quando nuclei ſunt extracti. & facit infra de verb.ſignifi.l.carbonum.§.fin. Accurſius.

o *Pali.* Facit. ſ. de verb.ſigni.l. pali.& ſupra de act.empt. l.fundi.§.fin.

*Seruius.*] CASVS. Ego legaui tibi omnē materiam meam. certè non cōtinetur arca vel armariū de materia factum. Viuianus.

p *Seruius.* facit ſupra.e. l. librorum. §. quod tamē de membranis. ibi, nec chartis,&c.

*Cum vxori.*] CASVS. Legaui vxori meæ ea quæ eius cauſa parata ... mortuo petebat ipſa ab herede meo vt daret ei quaſdam purpuras quas ego viuus exiſtens vel procurator meus emeramus in prouincia, nec mortis meæ tempore apportaueramus domum, quas quidem purpuras ego deſtinaueră aſſignare dictæ meæ vxori cauſa vſus ſui. certè tenetur ei dare heres meus. Viuianus.

q *Deinc viuus.* aliàs deinde is. aliàs deinde cuius. aliàs deinde quæreretur cum is.

r *Comparaſſet.* cauſa vxoris. Accurſius.

ſ *Aduexiſſet.* ſcilicet purpuras ad mulierem, & ſic nec aſſignauit, aſſignaturus tamen ſi viueret: vt ſupra eo.l.ſi quid.&.l.item legato.§. vtroque.& facit infra de auro & argen.leg.l.cùm quidam.

*Qui chirographum.*] CASVS. Habebam chirographum ſiue inſtrumentum in quo continebatur quòd Titius debebat mihi centum. dictum inſtrumentum legaui Seio. certè videor ei legare actiones quas habeo pro centum contra dictum Titium, quarum actionum probatio continebatur in dicto inſtrumento. nam & ſi ego vendidiſſem dicto Seio dictum inſtrumentū, videor ei legaſſe nomen quod habeo contra Titium prædictum. ſed ſi vſus fui hoc verbo in legando Seio: lego Seio nomen quod habeo contra Titium: certè videor ei legaſſe ſimiliter centū prædicta quę continentur in actionibus quarum probatio continetur in dicto inſtrumento. Viuianus.

t *De actionibꝰ.* vt ſupra titu. ij. l. ſeruum filij. §. eum. &.l.huiuſmodi.§. ſi ita. Accurſius.

u *Venditis.* vt.C.de donatio.l.j. &. C. quæ res pigno.obliga.poſ.l.ij.& infra de libe. leg.l.iij. in princ. Accurſius.

*Cum quæreretur.*] CASVS. Legaui Titio agnos meos. certè cōtinētur legato omnes illi agni qui non habēt adhuc annum. Sed pone quòd legaui Titio ſeruos & ancillas meas vrbanos. certè non continentur legato agaſo ſiue mulio qui tunc erăt ruſtico operi deſtinati, ſed continentur illi tātū ſerui & ancillæ quos quăſve ego teſtator habebam circa me cauſa mei cultus. Sed pone ꝙ legaui vxori meę lanam & linum, & purpurā, quæ eius cauſa paraui. modò quęritur, cùm ego reliquerim.i.i bonis meis multā & oīs generis lanam, vtrū vniuerſa lana ei vxori debeatur? Et diciturꝗ nō imò videtur ei legata lana in tanta quātitate quanta mulieri ſatis eſſet ad annum vſum. & idem de lino & purpura, & hoc ad exemplum penus legatæ. nam ſi ego lego vxori meę penū, & multas res in bonis meis reliqui quæ penus eſſent, ex quibꝰ omni anno vēdere ſolitus eram, debebitur legatariæ illud tātùm quod ei & ſuæ familiæ erit quolibet anno neceſſarium, & non plus. [PRÆDIIS.] Legaui Titio prædiū meū Titianum & Seianum, & ea quæ eorū prędiorum colēdorum cauſa emi & paraui. certè ea videntur ei legata, quæ ſunt parata cauſa eorum colēdorum: puta aſinus qui erat à me in dictis fundis paratus vt apportaret ibi materias ad faciēda ædificia neceſſaria dictis fundis. Item oues quas parauerā cauſa ſtercorandi dicta prędia. & opilio qui cuſtodit dictas oues. non autē vidētur ei legata ea quæ poſui in dictis prædiis cauſa ornādi, puta topiarij: nec ea quæ ibi impoſui cauſa tuendi & cuſtodiendi dicta prædia, puta ſaltuarij. Viu.

x *Viderentur.* ſcilicet legati.

y *Eſſent.* niſi aliud ex conſuetudine regionis liqueat: vt in fra eod l.legatis.§.fin. Accurſius.

z *Agaſonem.* qui agit, id eſt, ducit equos: vt.ſ.ſi quadru.pau.l.ſi.ſed mulio qui mulos: & dic ad opera ruſtica. aliàs ſecus: vt.j.eod.l.ſeruus.§.muliones.& facit.j.de verb.ſignifi.l.vrbana.

a *Circum ſe.* ergo & mulio, ſi ad vrbanā familiā fuerit deputatus.

b *Reliquiſſet.* i. in domum dimiſiſſet ad vſum vxoris ſpecialiter.

* Vide quæ de hoc verbo notaui ad l.7.§.ſi fundum ſ. ſol.matr.& An.Au.lib.3. c.7.

* aliàs ξυλαγωγοὺς. Vide Alci li. Prætermiſſ. 2. hoc ipſo titulo.

a] Leo Albertus lib.5. circa finem, lignorū coctorum meminit: meminit & Cęlius Rhodig. li.lect.antiq. 13.c.48.

* Flo. quoquendas atque cōficiēdas.

b] De ſtrobilis pulchrè Nebriſ.in lexi. ſuo iuris ciui.in hac ipſa dictione. & Rho.li.11. lect.antiq. cap. 19. & nonnihil Hermolaus in corollario, ca.440.

MATERIA.

* Varie hic locus legitur. fortaſſe ita legi poſſit: dehinc viuas purpuras nempe ex quibus color veſtibus pararetur.

CHIROGRAPHVM.

AGNI.

* Et qui reddit literas, iuri ſuo renuntiare videtur: vt extra de renū. c.ſanè dilecto.cū gloſ. ſuper ver. reddens.& facit ad hāc. l.glo 1.in finalibus verbis in.c.coram dilecto. extra de offi.dele.

* anniculis.

Commixta.

a *Commixta*. in communem vſum.
b *Deliberationem*. ſcilicet huic qui ſequitur, cum penus &c.
c *Reliquiſſet*. id eſt remanſiſſet in bonis.
d *Vendere ſolitus*. hoc autem in penu. legata non cederet: vt infra de penu leg.l. nam quod.§.j.

y *Seruæ plerumque*. vt infra de verbo.ſignifi.l. deteſtatio.§.j.&.l. inter ſtuprum.§. fina.
z *Eò*. id eſt ideò.
a *Fœmininum*. niſi in caſibus: vt no.ſ. tit.j.l. ſi ita ſit ſcriptum. in princip. & facit infra de verbo.ſignifi.l.j. Accurſius.

ris, ſed omnis commixta [a] eſſet, non diſſimilem eſſe deliberationem, [b] cum penus legata eſſet, & multas res.quæ penus eſſent, reliquiſſet, [c] ex quibus paterfamiliâs vendere ſolitus [d] eſſet. nam ſi vina diffudiſſet, [e] habiturus vſioni † ipſe, & heres eius: tamẽ omne [f] in penu exiſtimari. ſed cùm probaretur eum qui teſtamentũ feciſſet, partem penus vendere [g] ſolitum eſſe: conſtitutum eſſe, vt ex eo quod ad annum opus eſſet, heredes legatario darent. ſic mihi placet & in lana [h] fieri: vt ex ea quod ad vſum annuum mulieri ſatis eſſet, ea ſumeret. non enim deducto eo quod ad viri vſum opus eſſet, reliquum vxori legatum eſſet: ſed quod vxoris cauſa paratum eſſet.

Quæ pertinent ad ornatum vel cuſtodiam fundi: non pertinent ad culturam. Bartolus.

C Prædiis legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum cauſa empta parataq; eſſent: [i] neq; topiarium, [k] neq; ſaltuarium [l] legatum videri ait. topiariũ enim ornandi, [m] ſaltuariũ autem tuẽdi [n] & cuſtodiendi fundi magis quàm colendi † paratum eſſe. Aſinũ machinarium [o] legatum videri. Item oues quę ſtercorandi fundi cauſa pararẽtur. [p] Item vpilionem, [q] ſi eius generis [r] oues curaret.

Mutatio artificij ad officiũ, nõ mutat ſubſtantiã legati. Barto.

LXI. IDEM *libro octauo Digeſtorum à Paulo epitomatorum.*

TExtoribus [s] omnib⁹ [t] qui ſui eſſent cum moreretur, legatis: quæſitũ eſt, an & is quẽ poſtea ex his oſtiariũ feciſſet, legato cõtineretur. Reſpondit contineri. nõ enim ad aliud artificiũ, [u] ſed ad alium vſum tranſductum eſſe.

Maſculinum concipit fœmininum. Bartolus.

LXII. IVLIANVS *libro ſingulari de Ambiguitatibus.*

B QVi duos mulos habebat, ita legauit: *Mulos duos qui mei erunt cum moriar, Seio heres dato*. idem nullos mulos ſed duas mulas [x] reliquerat. Reſpõdit Seruius, deberi legatum: quia mulorum appellatione etiã mulæ continentur, † quemadmodũ appellatione ſeruorũ etiam ſeruæ plerumque [y] continentur. Id autem eò [z] veniet, quòd ſemper ſexus maſculinus etiam fœmininum [a] ſexum continet.

C Vbi perſonarũ vel rerum identitas eſt: dictio item, inducit repetitionem præcedentis qualitatis. Bartolus.

LXIII. IDEM *libro primo ad Vrſeium Ferocem.*

IN repetũdis [b] legatis hæc verba quæ adiici ſolent, *Item dare damnas eſto*: & ad conditiones, & ad dies legatorũ eaſdem repetẽdas referri Sabinus reſpondit.

D Kalendarium cõtinet nomina debitorum, & pecuniam ad Kalendarium deſtinatam, ſiue Kalendarium legetur, ſiue à legato excipiatur. Bartolus.

LXIIII. AFFRICANVS *libro ſexto Quæſtionum.*

QVi filium & nepotem heredem inſtituerat, certa prædia, quæq; in his mor-

e *Diffudiſſet*. id eſt infudiſſet, vel miſcuiſſet in penum, ita quòd totum erat in penu.
f *Omne*. licèt videatur excedere modum. nam nil erat venale.
g *Penus vendere*. ſi habes, vendere, dic & partem vſui tenere. ſi verò habeas pendere, dic, id eſt in penu ponere: & ſubaudi, partem vendere. erat ergo commixta venalis & vſualis, & ſic eligitur hęc via: vt infra de penu.lega.l.nam qđ. §.item ſi quis. & facit infra titu.j.l.ſi cui. & infra titu.ij. le. generali.§. vxori. & infra de auro & argen. lega. le. pediculis.§.item cum quęreretur. Accurſius.

† ad hũc locum vide Anto. Augu. lib. Emen.2. ca.1. & verbũ antiquũ ſicĩ manuſc. legitur.

h *In lana*. quæ eſt in cõmuni vſu, vt in quæſtione propoſuit: & eſt ſpeciale in lana, & in lino quæ appetunt mulieres. ſed aliud in ſeruis & aliis ſpeciebus quæ ſunt in promiſcuo vſu: vt ſupra eod.l.hoc legatum.§. penul.&.l. item. §. proinde.

Mulieres lanam & linũ appetunt.

i *Eſſent*. repete, legatis.
k *Topiarium*. ſeruum.
l *Saltuarium*. ſeruum.
m *Ornandi*. purgat enĩ agrũ ſpinis, & eũ plãtat & circuit ſepib. & foſſis.

† ſubaudi, cauſa. Anto. Aug. li.2.c.1.

n *Tuendi*. vt.ſ.de vſu & habi.l.ſi ita.
o *Machinariũ*. qui portat neceſſaria machinæ. quæ in fundo fiebat fortè prope hoſtes poſito. Accurſius.
p *Pararentur*. ſecus ſi ad fruct⁹: vt infra de fund. inſtru. & inſtru.leg.l. de grege. Accurſius.
p *Pararentur*. ſcilicet legata videri.
q *Opilionem*. id eſt cuſtodem ouium. ſic dictus, quia oues ferunt opes, vel quia earum vellere cooperimur. & facit.C.de verb. ſig.l. ij.&.j.eo.l.auibus.&.l.ſeq.&.j.de fun. inſtru. & inſtru.le.l. ſi ita.
r *Generis*. vt dixi, ſcilicet cauſa ſtercorandi.

TExtoribus.] CASVS. Titius habens multos ſeruos textores, legauit Seio omnes textores qui ſui inueniãtur cum morietur. poſtea vnum de dictis textoribus fecit oſtiarium, & ita fecit eum trãſire de artificio ad officiũ aliud ſiue vſum, puta Stichũ. certè nõ propter hoc minus cõtinetur dictus Stichus in dicto legato. Viuia.

E

s *Textoribus*. aliàs.l. aliàs. §.
t *Omnibus*. ſecus ſi non addidiſſet, omnibus: quia tũc hęc verba, qui ſui eſſent, facerent cõditionem: vt.ſ.tit.ij.l.vj. ſed certè & hîc faciunt conditionem ad verbum, ſui: non ad verbũ, textoribus.
u *Artificium*. tũc enim ſecus: vt infra eo.l.legatis.§.j.& ſupra quib. mod. vſusfru. amit.l.ſi cui.

QVi duos.] CASVS. Titius habẽs duos mulos ita legauit Seio: Seio lego duos mulos qui mei erunt cum moriar. poſtea dictus Titius alienauit dictos mulos: & tempore mortis inuenitur habere duas mulas tantũ. certè illæ duæ mulæ debentur legatario: quia appellatione maſculi continetur fœmininum. Viuianus.
x *Duas mulas*. fortè poſt teſtamentum quæſitas.

IN repetẽdis.] CASVS. Inſtitui mihi Titium heredem, & ab eo multa legata reliqui & purè, & in diem, & ſub cõditione. poſtea ei ſubſtitui Seium, & ita repetij legata relicta à dicto inſtituto, & à dicto ſubſtituto. Item damno te ſubſtitutum quòd ſi habueris hereditatem meã ex ſubſtitutione, des & ſoluas ea legata quæ reliqui ab inſtituto. quęritur, nũquid ſubſtitutus habens modò hereditatem meã ex ſubſtitutione, teneatur prȩſtare dicta legata omnia purè? & videt quòd ſic, quia in repetendis ab eo legatis non fuit mẽtio facta de die vel conditione dictorum legatorũ. dicitur tamen hîc ꝙ ita & taliter tenetur prȩſtare ſubſtitutus legata, ſicut relicta ab inſtituto fuerunt. Viuianus.

TEXTORES SVI.

† Cõcor.gl. in verbo, ſed cũ eas. ibi, quia in maſculino genere cõprehẽditur fœmininũ §. porro.c.indemnitatibus. de electio. li.6.

b *In repetendis*. lego Titio decem ſub cõditione, vel in diem. Item eidem vel alij eo amplius fundũ. videor in ſecundo legare decem, & erit repetitio diei vel cõditionis tã ad decẽ quàm ad fundũ: vt.ſ.eo.tit.le. ſi ſic.&.l.ſi tibi purè. & .j. de cõdit. & demon.l. auia.&.l. libertis omnibus.&.ſ.de cõdi.inſtit.l. cũ ſeruus.&.j.tit.ij.l.cõdicillis. in princi. & per has.ll.ponitur hîc caſus. niſi conditio eſſet talis quæ redderet ſecundũ legatũ inutile: vt.ſ.tit.ij. l.ſi quis à filio.j.&.ij.reſpon. Sed quid ſi ſic dixerit, lego Titio decem ſub conditione, itẽ Seio fundũ: an videatur cõditio repetita? videtur ꝙ non: quia non eſt repetitio legati, ſcilicet eiuſdem, neque legatarij eiuſdem: nec eſt ibi illud verbũ, eo amplius, vel ſimile. ſed hæc lex eſt arg. contra. Item facit.j. de cõdi.& demon.l.legatũ.&.j.de fun.inſtru.& inſtru. lega.l.iij.j. reſpon.

ITEM.

32. KALENDARIVM.

QVi filium.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes filiũ ſuum & nepotem, & prȩlegauit nepoti prædium Titianum & Seianum, & ea quæ in dictis prȩdiis erunt tempore mortis ſui teſtatoris, excepto kalendario quod erat in dictis prædiis in quadam arca, id eſt excepto libro rationũ debitorũ teſtatoris. & ſicut legauit ei kalendariũ prȩdictum, ita & dicta prædia [illegible] ea quȩ in eis erant. poſtea tempore mortis teſtatoris fuit inuent[illegible] dicta arca non ſolum kalendariũ, ſed etiam pecunia numera[illegible] kalendario deſtinata per teſtatorem, quã quidem teſtator exegerat à quibuſdam debitoribus qui continebantur in dicto kalendario, vel aliũde habuerat, & in dicta arca poſuerat. nũquid dicta pecunia continetur legato ſicut & kalendariũ? Et dicitur quòd ſic, ſicut continentur in legato kalendarij prȩdicti illa nomina quæ cõtraxit defunctus poſt dictum teſtamentũ à ſe factũ de pecunia quam exegit à quibuſdam de debitoribus qui in dicto kalendario continebantur: de quo quidem vltimo non eſt dubium, quia permutatio nominum non perimit vel minuit fideicommiſſum. Viuianus.

UNED

a *Excepto kalendario.* quod alteri legauit:& ſic à legato nepotis excepit. Vel dic ſecundùm R. quòd præter kalendarium delegauit, & hoc ſimiliter legauit. Accurſius.

b *videbatur.* & rectè: ſcilicet quòd non debeatur nepoti ſecũdùm primum caſum. Vel dic, & malè ſecundum alium, & ideò ſtatim corrigit cùm dicit, ego autem &c.

c *Voluerit.* alij quàm nepoti ſecundùm primũ: vel nepoti ſecundùm alium.

d *Cedere debeant.* duplici ergo ratione pecunia de qua quæritur, nepoti debetur: tũ qa in fundo cõtinetur: tum quia kalẽdarium quod fuerat nepoti legatum, cedit ſi ibi fuit deſtinata pecunia nominibus faciendis: & hoc ſecundũ ſecundam lecturam. ſecundũ aliã duplici ratione à legato nepotis exceptũ videtur. & dicitur kalẽdarium liber rationum ſeu nominũ, eo quòd kalendæ terminorum ſunt ibi. & facit. j. de adimen. leg. l. filio. §. fina. & ſupra eod. l. vxorem. §. legauerat. & j. titu. ij. l. generali. §. vxori. & infra de fun. inſtru. & inſtr. leg. l. nepoti. & s. de heredi. inſtit. l. ex facto. §. rerum. & s. tit. j. l. Gaius. & C. de verb. ſigni. l. ij.

Kalendariũ quid ſit.

Legati.] CASVS. Legaui tibi omnes ſeruos meos, exceptis illis qui ſunt negotiatores. certè vidẽtur excepti illi ſerui de legato qui ſunt præpoſiti ad vendendum & emendum, & ad locandũ & conducendum, & ad aliquid aliud quod appellatione negotij exercendi continetur. Alij autem non videntur excepti, quamuis habeant artificium vel officium, puta cubicularij, vel obſonatores, vel piſcatores. [SI EX OFFICIO.] Titio legaui omnes ſeruos meos cocos & oſtiarios, qui ſerui dicuntur habere officium, & nõ artificium. poſtea antè mortem meam feci de coco vel oſtiario ſeruo vel ſeruis lecticarium, vel in alio artificio eum vel eos poſui. certè quantum ad eos qui iuerunt de dictis offic. ad artificium, extinguitur legatum: quia per artificium mutatur officium: ſecus autem ſi de artificio tranſiſſent ad officium: quia non extinguitur propter hoc legatum, quia artificium non mutatur per officium ad quod vadant ſerui. [SI VNVS SERVVS.] Ego habebam multos ſeruos cocos qui ſciebant diuerſas epulas facere, & optimè erant docti circa hoc, ſicut eſt Botus: & habebam plures textores, & plures lecticarios: & habebam vnum ſeruum Stichum qui erat bonus cocus, & textor, & lecticarius: magis tamen verſabatur in coquina, quàm ad texendum, vel faciendum lectos. feci teſtamentum, & legaui Titio cocos, & Seio textores, & Gaio lecticarios. quæritur, cuius legato cedat Stichus prædictus? & dicitur quòd legato Titij cedet, cui coci legati fuerunt: quia magis, vt dixi, verſabatur Stichus in coquina quàm ad texendum, vel ad faciendum lectos. [ORNATRICIBVS.] Ego habens multas ancillas quæ ſciebant ornare dominas: legaui ornatrices meas Titio. certè continentur legato omnes ancillæ quæ ſciebant ornare, ſiue ſteterunt apud magiſtrum qui docebat ornare, per duos menſes, ſiue plus, ſiue minus. reprobata illorum ſententia qui dicebant illas non cedere quæ non ſteterant apud magiſtrum per duos menſes: & ea ratione hoc dicebant, quia illæ adhuc addiſcere poterant. ſed certè eorum dictum non erat bonum, nec ratio: quia illæ quæ ſteterant per. xx. ann. apud magiſtrum, poſſent adhuc addiſcere: quia omne artificium ſuſcipit incrementum per exercitiũ. [PECORIBVS.] Legaui tibi pecora mea. certè omnes quadrupedes quæ gregatim paſcuntur, cõtinentur, & porci etiam. Sed ſi lego iumenta: non continentur boues, nec econtra. Sed equis legatis bene continentur equæ. ouibus autem legatis non continentur agni: & cognoſcemus agnos inſpiciendo conſuetudinem illius regionis vnde erat teſtator. auibus autẽ legatis continentur anſeres, & phaſiani, & gallinæ, & domunculæ in quibus eas tenebat teſtator: nõ autem continentur cuſtodes dictarum auium. h. d. cum. l. ſeq. Viuian.

tis tempore ſua eſſent, nepoti per fideicommiſſum dederat, excepto kalendario.[a] mortis tempore in ea arca in qua inſtrumenta & cautiones debitorum erãt, pecunia numerata inuenta eſt. Pleriſque videbatur,[b] vix vero ſimile eſſe, vt teſtator de pecunia numerata ſenſiſſet. ego autem illud dignum animaduerſione exiſtimabam, cùm quis kalendarium præſtari alicui voluerit,[c] vtrúmne nomina duntaxat debitorum præſtari voluiſſe intellegendus eſt, an verò etiam pecuniã ſi qua ab his exacta, eidem tamen kalendario deſtinata fuerit. Et magis puto, quemadmodum ſi exactæ pecuniæ, & rurſus collocatæ eſſent, permutatio nominum nõ perimeret vel minueret fideicõmiſſum: ita ipſæ quoque pecunię ſi adhuc kalendario, id eſt nominibus faciendis deſtinatæ eſſent, eidem fideicommiſſo cedere[d] debeant. quin etiam illud quoque putem defendi poſſe: vt non modò à debitoribus exactæ pecuniæ, ſed quacumque de cauſa redactæ, eidem tamen rationi fuerint deſtinatæ, fideicommiſſo cedant.

Negotiatores dicuntur qui cũ aliis contrahunt: ſecus in eis qui exercent aliquod officium vbi contractus non immineret. Bar.

LXV. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

Legatis ſeruis, exceptis negotiatoribus, Labeo ſcripſit eos legato exceptos videri, qui præpoſiti eſſent negotij exercendi cauſa: veluti qui ad emendũ, locandum, cõducendum prępoſiti eſſent: cubicularios autẽ, vel obſonatores,[e] vel eos qui piſcatoribus præpoſiti ſunt, non videri negotiationis appellatione contineri. & puto veram eſſe Labeonis ſententiam.

Artificium extinguit nomẽ officij, non econuerſo. Barto.

Si ex officio[f] quis ad artificiũ tranſierit,[g] quidam rectè putant legatũ extingui:[h] quia officiũ[i] artificio mutatur. Non idẽ econtrario,[k] cũ lecticarius[l] cocus[m] poſtea factus eſt.[n]

Seruus cedit legato eius artificij in quo plus verſatur. Bart.

Si vnus ſeruus plura artificia[o] ſciat, & alij[p] coci legati fuerunt, alij textores, alij lecticarij:[q] ei cedere ſeruum dicendum eſt, cui legati ſunt in quo artificio plerumque verſabatur.[r]

Legatis ornatricibus cedunt ſcholares illius artificij. Bart.

NEGOTIATORES.

e *Obſonatores.*[a] qui cuſtodiũt dominum in lecto: vel obſonatores q̃ reſonant & cãtant domino in menſa.

a] Obſonatores dicũtur obſoniorũ emptores. eſt autẽ obſoniũ, quicquid in cibo additur præter panẽ & vinum.

f *Si ex officio.* q̃d eſt generale nomen ad omne miniſterium, ſit artificiũ vel non, ſecundùm Io. Item ſecũdùm R. in officio habetur, quod aliàs (vt puto) miniſteriũ appellatur, mulio, agaſo, opilio, ſaltuarius, armiger, dapifer, cocus, paſtor, oſtiarius, piſtor, & alij qui ſine vlla arte miniſteria ſua dominis exhibent, de q̃buſdã quorum habetur mentio. s. eo. l. cùm quæreretur.

g *Tranſierit.* voluntate teſtatoris. Azo. vt quia cùm legaſſet muliones aut opiliones ſuos, de vno iſtorũ mechanicũ vel artificem fecerit vel lecticarium. Item hoc ſi expreſſo proprio nomine: vt. s. de capi. demi. l. tutelas. circa princ.

g *Tranſierit.* legatis ſeruis officialibus.

h *Extingui.* in ſeruo mutato.

i *Officium.* quod nõ eſt artificium: & idem eſt vt mutetur artificium per artificium eadem ratione: vt ſupra eo. l. textoribus. & qua ratione mutatur officium, eadem ratione teſtatoris voluntas: non ita econtra de artificio ad officium, vt ſubiicit: & eſt ratio ſecundùm Ioan. quia officium in quo prius erat ſeruus, non poteſt dici artificium: & ſic nouum ſtatum incipit habere. ſi autem prius erat in artificio, & poſtea tranſiuit ad officium: ſecus eſt, quia artificium poteſt dici officium. hæc autem ratio ceſſare videtur vbi ex artificio tranſit ad aliud artificium: ideóque Ro. reddit aliam rationem quæ non ceſſat, quia officium artificio ideò mutatur, non autem artificium per officiũ, quia artificia potentiora ſunt, & cum quadam animi perpetuitate dicuntur, eo quòd inde vberior & honeſtior quæſtus percipitur: officia verò ad tempus propter neceſſitatem vel inopias inſurgentes ſubeuntur, ſecundum R.

k *Non idem econtrario.* ſi de artifice fiat officialis, legatis artificibus: quia non extinguitur legatum ſeruo mutato, & Græcum eſt iſtud.

l *Lecticarius.* qui facit lecticas: & ſic eſt artifex.

m *Cocus.* nomen officij[b] cum erat vſitatorũ ciborum cocus: ſecus ſi ſubtilia præparat cibaria: vt. s. de ædil. edict. l. ſi quid. §. fi. quæ eſt contra. Item contra infra proxi. §. Item contra. s. quib. mo. vſuſfru. amit. l. ſi cui balineum. ſed ibi miniſterium pro artificio ponitur. eſt enim miniſterium genus: vt modò dixi.

b] Cocus nomen officij. ampliabis hanc glo. vt cocus qui delicata cibaria præparat: & officiũ habeat & artem, ſecundũ Ioã. An. in c. 1. de ſagit. vbi allegat ad hoc tex. in ca. ne tales. de cõſe. diſt. 5. & de hoc plene per Ludo. Roma. ſingu. ſuo. 649. incipi. nunquid eſſe cocum. & Frã. de cre. ſing. 98. incipi. ſtatuto caueatur. Sed aduerte quòd hoc fallit in coco imperatoris vel papa qui habet dignitatem, per Bal. in. c. 1. in titu. quis dicatur. mar. in vſu. fru. aliàs in. c. 1. de feu. gar. & Ro. vbi ſupra.

n *Factus eſt.* nam non per hoc deſinit lecticarius eſſe. ſed quid ſi de officio ad officium? Reſpon. videtur extinctum.

o *Artificia.* impropriè quo ad cocos: propriè quo ad alia artificia dicit. nã cocus nomen officij eſt: vt. s. proxi. §. vel dic de ſubtili coco hîc loqui: ibi de communi. vel vt ibi not.

p *Alij.* legatario. Accurſius.

q *Alij lecticarij.* ſcilicet legati fuerunt. & facit. j. de auro & argen. lega. l. pediculis. §. argento. & de ſup. leg. l. Labeo. & ſupra titu. ij. l. Titiæ textores.

r *Verſabatur.* is qui plura habebat artificia.

*Ornatricibus.*

ORNATRICES.

Ornatricibus [a] legatis, Celſus ſcripſit eas quæ duos tantũ menſes apud magiſtrũ fuerunt, legatò nõ cedere? [b] alij [c] & has cedere: ne neceſſe ſit nullã cedere, [d] cùm omnes adhuc diſcere poſſint, & omne artificiũ incrementum [e] recipit. quod magis obtinere debet, quia humanæ naturæ [f] congruum eſt.

PECORA.

Pecoribus legatis Caſſius ſcripſit quadrupedes cõtineri quę gregatim paſcũtur. [g] Et ſues autem pecorum appellatione cõtinentur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic denique & Homerus in Odyſſea [h] ait: †

Hanc reperi in vno manuſcripto Græcorum interpretationẽ. Vtique ad eum qui ſuibus aſſidet quæ paſcuntur ſecus corui petrã & in fonte Arethuſa. fortè legẽdum. Adique ad eum qui &c. vel non intellexit hic interpres quid verbum δήεις ſignificet.

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

Iumentis legatis boues nõ cõtinentur, [i] nec cõtra. Equis autẽ legatis & equæ [k] continẽtur. Ouibus legatis agni nõ continentur. Quamdiu autem agnorum loco ſunt, ex vſu cuiuſque loci ſumendum [l] eſt. Nam in quibuſdam locis ouium numero eſſe vidẽtur, cum ad tõnſuram venerint.

LXVI. PAVLVS *libro tertio Sententiarum. tit.* IX.

Auibus legatis, anſeres, phaſiani, & gallinæ, [m] & auiaria [n] debebuntur: phaſianarij [o] autẽ & paſtores anſerũ nõ cõtinentur, niſi id teſtator expreſſit.

Verbum, ſolet, denotat perpetuitatem. Barto.

LXVII. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

Qui ſaltum æſtiuum legauit, & hoc amplius etiã eas res legauerit quæ ibi eſſe ſolent: non videtur de illis pecoribus ſenſiſſe quę hieme in hibernis, [p] aut æſtate in æſtiuis eſſe ſolent: ſed de illis quæ perpetuo ibi ſunt.

Qui omne dicit, nil excipit. B.

LXVIII. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum Iunianio reſpondit.*

Teſtatorem * adiiciendo, *Prædium Seianũ* [q] *omne*, † eã quoque partem fundi ſupraſcripti quaſi ad ſe pertinentẽ videri per fideicommiſſum reliquiſſe quam ex cauſa pignoris nactus eſt ſaluo ſcilicet iure debitoris. [r]

Verba annũtiatiua futuri euẽtus non inducũt diſpoſitionẽ. B.

Ex his verbis, *Curate agros attendere:* [ſ] *& ita fiet vt filius meus filios veſtros vobis condonet*, [t] fideicommiſſum peti non poſſe. [u]

Hæc conditio, ſi meus erit, intelligitur inſolidum, ſi teſtator hoc ſenſerit. Bartolus.

Seruos cõmunes à Seia ita relictos, *ſi mei erunt cùm moriar*, non deberi: ſi modò hoc ſenſit [x] teſtatrix vt ita deberẽtur, ſi inſolidum eius fuiſſent. Prædiis [y] cũ his enthecis † quæ in ea poſſeſſione ſunt, relictis: mãcipia quoq; prædiorum cùm illic teſtamẽti facti tempore [z] fuerunt, cedent: ſed & quæ poſtea acceſſerũt, [a] ſi modò

a *Ornatricibus*. ancillis quæ ornant dominas. Item coſmatæ: vt. ſ. eo. l. item legato. vel ornant pannos quos debent frizare.
b *Non cedere*. quia neſciunt ornare, ſed addiſcunt: ſed contra eſt, vt ſubiicit.
c *Alij*. ſapientes.
d *Cedere*. ſupra titu. j. l. Titia. §. Lucius.
e *Incrementum*. ſic. C. de re mili. l. milites. lib. xij.
f *Humanæ naturæ*. quæ affectat addiſcere: vt. j. de fideicõmi. lib. l. apud Iulianum.
g *Paſcuntur*. ſic inſtitu. ad leg. Aquil. in princip. & ſ. ad leg. Aquil. l. ij.
h *In Odyſſea*. nomẽ libri Homeri. & ſequitur Græcum nullius vtilitatis. Accurſius.
i *Non continentur*. vt ſupra de ædil. edict. l. ædiles. §. iumẽtorũ. & j. de verb. ſignifi. l. boues.
k *Equæ*. vt. ſ. e. l. q duos. & j. de verbo. ſignifi. l. pronũtiatio. in princ. & l. j. & j. e. l. ſeruis. Acc.
l *Sumendũ*. hoc vſu deficiẽte lex dicit annicuſũ: vt. ſ. eo. l. cũ quęreretur. in princ. vnde Horatius: Vſus & arbitriũ eſt, & vis & norma loquẽdi. R. & eſt ad hoc. j. eo. l. ſeruis. §. fina. & ſ. eo. l. librorũ. §. j. & de ſupel. le. l. Labeo. & j. de auro & arg. leg. l. pediculis. §. argẽto. & ſ. tit. ij. l. ſi ſeruus plurium. §. fina.
m *Auibus legatis*. *Gallinæ*. ſyluestres, puta phaſianę fœminę: vt patet per ſequentia. diuerſum enĩ ius in his & domeſticis obſeruatur: vt inſtit. de rerũ diui. §. Gallinarum.
n *Auiaria*. i. gabiæ vbi ſtant aues: & hoc ideò quia ſine his leuiter fugerẽt aues. Item hoc eſt verum ſi teſtator talia habebat: aliàs ſecus: vt. ſ. titu. ij. l. ſi domus. in princip. Accurſius.
o *Phaſianarij*. id eſt ſerui qui ſciunt artificia capiendi aues. vel dic eſſe falcones vel accipitres vel aſtures, qui alias aues capiunt. H. prima verior: vt patet, quia ſubiicit de paſtore. & ſecundum hoc aſtures auium nomine continentur.

† Locũ hũc Homeri ex Odyſſeæ. 13. nobis repoſuit Alcia. li. Prætermiſ. 2 quem ita vertas, Inuenies illũ ſuibus aſſidentem: illi autem paſcuntur ad corui nam petrã, & Arethuſam fontẽ. Vel ſic, Sectantem videas, qui errant per paſcua, porcos Ad Coracis ſaxum, iuxta fontémque Arethuſam.

Qui ſaltum.] CASVS. Ego habebam vnam villam in qua morabar in æſtate, & habebam ibi pecudes & boues pone: & eas & eos faciebam ſemper ibi ſtare. Item habebam quandam aliã villam in qua morabar in hyeme, & habebam capras quas ducebam mecum in villam prædictam in qua morabar in hyeme, & eaſdam capras ducebam mecum in æſtate in villam prædictam in qua morabar in æſtate. feci teſtamentum, & dictam villam æſtiuam legaui Titio cum his rebus quæ ibi eſſe ſolent. certè non videntur legatæ dictæ capræ, ſed dictæ pecudes & dicti boues ſic. Viuianus.

p *In hibernis*. ſcilicet ſaltibus: ſunt enim æſtiui, & hiberni: vt. j. de acquiren. poſſ. l. peregrè. §. fi. & l. iij. §. ſaltus. Item not. non dicitur eſſe in fundo quod ad tempus eſt ibi. ſic. ſ. eo. l. vxorem. §. legauerat. & de pig. l. debitor. & ſ. eo. l. qui filium. & j. titu. ij. l. generali. §. vxori. & j. de auro & argen. leg. l. ſi vxori. §. cum ita.

Teſtatorem.] CASVS. Medietas prædij Seiani pertinebat ad me iure dominij, & aliã medietatem obligauerat mihi Seius. ego legaui Titio omne ſiue totum dictum prædium. videor certè legaſſe etiam illam partem quam habeo in pignore. [EX HIS.] Ego manumiſi duos meos ſeruos, & retinui in poteſtate filios eorum. poſtea feci teſtamentum, & inſtitui mihi heredem filium meum Titium, & ita fui locutus dictis duobus libertis: ô liberti curate accendere agrum meum Titianum & Seianum, & ita fiet vt filius meus filios veſtros vobis condonet. me mortuo petebant dicti liberti filios. certè non poſſunt. [SERVOS.] Seia habens mecum communes duos ſeruos, ita eos legauit Titio, ſi ſui, id eſt Seiæ eſſent dicti ſerui cum moreretur Seia. & ita volebat valere legatũ, ſi tẽpore mortis eſſent ſui inſolidum. certè ſi tempore mortis non inueniunt ſui inſolidum, nõ debentur Titio. [PRÆDIIS.] Legaui Titio prædium Titianum & Seianum cum his inſertis quæ in ea poſſeſſione ſunt. certè mancipia quæ ſunt in dictis prædiis tempore quo feci teſtamẽtum, cedũt legato: non autem illa quæ in eis fuerũt poſtea: niſi ego teſtator ſpecialiter de eis dixerim quod cederent legato. Viuianus.

q *Omnes*. ſecus ſi ſimpliciter fundũ. Seianũ legaſſet: quia tunc eam tantũ partẽ quę ſua eſt, legaſſe videtur: vt. ſ. tit. ij. l. v. & vj. §. j. & ij. ſic. ſ. eo. l. textoribus.
r *Debitoris*. aliàs deliberatiõis vt. ſ. debitor poſſit luere. eam enim partẽ reſpectu ſui iuris tantum legaſſe videtur. ſic ſ. de lega. j. l. ſi domus. §. fi. & l. ſenatus. §. fi.
ſ *Attendere*. aliàs accendere: aliàs vendere. aliàs attentè vendere.
t *Condonet*. vobis libertis quorum filij remanſerunt ſerui, & erant futuri ſerui filiorum domini. & dic condonet, vt vos manumittatis vel ipſi manumittant, vt ita vobiſcum poſſint manere. Accurſius.
u *Non poſſe*. de rigore verborum. ſecus de æquitate: vt ſupra eod. l. pater filium. §. penult. vel vt ibi. vel dic vt not. ſupra titu. j. l. vnum. § fin.
x *Senſit*. & hoc probetur: nam alia pars quæ erat teſtatoris, debetur: vt. ſ. titu. ij. l. v. §. fina. & l. vj. in fin. & de condi. inſtit. l. ij. in princ. & ſ. eo. l. qui concubinam. §. Stichus. Accurſius.
y *Prædiis cum his*. hoc eſt Græcum, id eſt inſertis.
z *Tempore*. ſic. j. de auro & argen. leg. l. ſi ita. & j. de lib. lega. l. fi. in fi. & no. ſ. eo. l. nomen. §. j.
a *Acceſſerunt*. vt infra de fundo inſtru. l. ſi mancipia. quæ videtur contra, & hoc vbi legatarius accedere fecit: vt ſupra titu. j. l. cum ita.

Non aliter.] CASVS. Habebam fundum Titianum & Seianũ, & quilibet habebat per ſe confines. legaui Titio fundum Titianum, cum in animo gererem legare ei Seianum. certè debebitur ei Titianus, niſi euidenter appareat me voluiſſe ei legare Seianum. [TITIVS.] Fecit codicillos Titius, & ita in eis cauit: Publio Mæuio dari volo omnes ſeruos meos iuuenes quos in miniſterio habeo. quæritur, qui contineantur appellatione iuuenum? & certè illi quos Titius voluit. ſi autẽ non appareat quos voluit contineri, exiſtimabimus eum iuuenem eſſe qui maior eſt vigintiquinque annis, & minor. lxx. Viuianus.

* In vulg. ed. eſt lex, Iulianus reſpondit.
† Concor. c. ſolitæ. §. nos autem. in fi. ibi, nihil excipiens qui dixit quodcunque. & glo. in verbo, quodcũque. ibi, qui dicit omnia nihil excipit. extra de maioritate & obe.

MEI.

† l. appendiciis, vt antea notaui in titu. le leg. 1. alij vertunt dotibus.

a *A ſignificatione.* magis vſitata. H. ad quod eſt. ĵ. de ſupel. leg. l. Labeo. Accurſius.
b *Aliud.* quàm ſonare verba videntur.
c *Teſtatorem.* tunc enim receditur à ſignificatione verborum: vt. ĵ. de auro & argen leg. l. pediculis. §. Labeo. & de condit. & demon. l. Publius. §. j. & in alio, quādo eſt talis regionis conſuetudo: vt. ĵ. de fundo inſtru. & inſtru. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam. in fi. §. & in alio: vt ſupra titu. ij. l. iiij. Item contra. ĵ. titu. ij. l. ſi alij. Sed poteſt dici quòd ibi erat dubiū quid teſtator ſenſerit. Itē facit. s̄. de exercito. l. j. §. ſi is, ibi in re igitur, &c. & ĵ. qui & à qui. l. proſpexit. Itē oppo. vt no. C. de fideicōmiſ. l. volūtatis. & facit. C. de fideicommiſſis. l. cùm virum. & not. s̄. de legi. & ſenatuſcon. l. non poſſunt. Item oppo. ĵ. de rebus dub. l. in ambiguo. ſed dic vt ibi.

† Facit optimè. c. ad abolēdam. in gloſ. ſuper verbo, in ſecularibus. ante fi. extra de ſil. preſby.

d *Iuuenes.* ſeruos.
e *A qua.* id eſt, vnde incipiat dici iuuenis, & vſquequo.
f *Ad notionem.* ſic. C. de fideicommiſ. l. voluntatis. & s̄. eo. l. Stichus.
g *Ad definitionem.* id eſt, ad ſtrictam verborū ſignificationem.
h *Poſſet.* cōſiderato vero ſenſu verbi.
i *Ætatem.* id eſt, compleuit. xxv. an. vt ſupra de mino. l. j. in fin.
k *Seniores.* is eſt ſenex qui eſt à. l. xx. ann. s̄. vt. ĵ. de iure immu. l. maiores. & inſtit. de excuſa. tuto. §. item maior. Itē maior quādoq;. lx. an. vt. s̄. de adop. l. ſi pater. §. fin. quandoque. lv. an. vt. C. qui æta. lib. x. l. fin. hoc ſecūdum leges: ſed ſecūdum vulgares prouinciarum mores, & ipſarum varietates, verborum ſignificatio ſæpæ mutatur ſecundum Ro. infra de fun. inſtru. & inſtru. lega. l. cùm de lanionis. §. fin. in fin. & facit. s̄. in princ. huius legis.

* Plus ergo ſtatur vſui quā ſignificationi. cōcord. glo. 2. poſt princ. in ca. nonnulli. vbi allegatur hæc lex. extra de reſcrip.

hoc teſtator manifeſtè expreſſit.

LXIX. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum.*

NOn aliter † à ſignificatione [a] verborū recedi oportet, quā cùm manifeſtum eſt aliud [b] ſenſiſſe teſtatorem. [c]

Quilibet iuuenis dicitur qui inter ſeniores non numeratur. Bar.

Titius codicillis ſuis ita cauit, *Publio Mæuio omnes iuuenes* [d] *quos in miniſterio habeo, dari volo.* Quæro, à qua [e] ætate iuuenes & in quā intelligi debeāt. Marcellus reſpōdit, quos verbis quæ proponerētur, demōſtrare voluerit teſtator, ad notionem [f] eius qui de ea re cogniturus eſſet, pertinere. nō enim in cauſa teſtamentorum ad definitionem [g] vtique deſcendēdum eſt, cùm plerumque abuſiuè loquantur, * nec propriis nominibus ac vocabulis ſemper vtantur. Cæterùm exiſtimari poſſet [h] iuuenis, is qui adoleſcentis exceſſit ætatem, [i] quoad incipiat inter ſeniores [k] numerari.

Appellatione lanæ continetur lana etiam à pellibus animalium mortuorum nō ſeparata: ſuccida vel purgata, & filata vel nō, dummodo nō ſit tincta, nec ad formā telæ redacta, vel ad alium ſpecialem vſum deputata. Bartolus.

LXX. VLPIANVS *libro vicenſimo ſecundo ad Sabinum.*

SI cui lana legetur: id legatū videtur, quod tinctum nō eſt, [l]

A

sed αὐτοφυές. * Siue autem facta [m] eſt, ſiue infecta, lanæ appellatione continetur. Quæſitum eſt, vtrum lanæ appellatione ea ſola cōtineatur, quę neta [n] non eſt: an & ea quæ neta eſt, vtputa [o] ſtamen, [p] & ſubtegmen. Et Sabinus & netam [q] contineri putat, cuius ſententia vtimur.

B

Lanæ appellationem eatenus extendi placet, quoad ad telam perueniſſet. [r] Et ſciendum, ſuccidam [ſ] quoque contineri, & lotā, ſi modò tincta non ſit. [t]

Lanæ appellatione tomentū [u] non cōtinebitur. Sed nec ea lana ex qua quis quaſi veſtimētum fecerit valetudinis [x] vel deliciarū gratia, continebitur. Ne ea [y] quidem quæ fomentationis [z] gratia parata ſunt, vel medicinæ, lanarū appellatione cōtinentur. Sed an † pelles lanatæ [a] contineantur? Et has [b] * lanæ cedere manifeſtum eſt. Lana legata, etiam leporinā [c] lanam & anſerinam [d] & caprinā credo contineri, & de ligno, [e] quam ἐριόξυλον † * appellant. Linum autem lana legata vtique non cōtinebitur. Lino autem legato, tam factum, [f] quam infectū continetur, quódque netum, [g] quódque in tela eſt, [h] quod eſt nōdum detextū. Ergo aliud in lino quā in lana eſt. Et quidē ſi tinctum linum ſit, credo lino contínebitur. [De] verſicoloribus [i] † videndum eſt. Et conſtabat apud

C

D

**Casus.** SI cui.] CASVS. Legaui Titio lanam meam. certè continetur lana filata & non filata, dum tamen non ſit tincta. Item continetur carminata, & non carminata, ſuccida & lota: ſed lana filata quę iam ordita eſt in tela, non continetur, nec tormentū, id eſt, coopertorium de lana factum: nec ea lana de qua ego teſtator feci veſtimentum gratia valetudinis vel deliciarum, vel medicinæ: ſed boltrones bene continētur, & lana leporina, & anſerina, & caprina, & lignea. non autem continetur linum. Quid ſi lego Titio linū meū? certè cedit legato linum filatum & non filatum & pectinatum: & quod iam eſt orditum in tela, & linum tinctum: quamuis aliud ſit in lana: vt dictum eſt ſupra. Quid ſi legaui ei verſicoloria mea? & certum eſt quod appellatione lanæ non coninentur verſicoloria mea: ſed legatis verſicoloribus omnia ea videntur legata quæ tincta ſunt & neta: id eſt carminata & pectinata quæ non ſunt detexta, nec contexta. Sed nunquid purpuræ continētur? & certè ea quę tincta non ſunt, non cōtinentur: ergo purpura bene cōtinetur, quia bene eſt tincta: & non habet naturalem colorem. quod ſi legaui ei purpuras meas, certe cedit legato omnis generis purpura: coccum tamen non continetur, id eſt, quędam purpura intrinſecus viridis, & extrinſecus rubea. buccinum autem & ianthinum bene cōtinetur, & ſubtegmen factum: lana autē deſtinata cauſa tingendæ purpuræ non continetur. Viuianus.

l *Non eſt.* No. appellatione lanæ non contineri tinctam: vt & ĵ. §. j. & §. lino. Sed contra. ĵ. de auro & argē. leg. l. pediculis. §. Labeo. vbi dicit contineri. Solu. inſpecta naturali ſignificatione continetur, vt ibi, & ĵ. de acquir. re do. l. ſed ſi ex meis. §. fin. vbi dicit non deſinere eſſe lanam licet tincta ſit: ſed conſiderata voluntatis interpretatione non, vt hîc: quæ præualet ſecundum R.

m *Facta.* tunc eſt facta quādo eſt carpinata & pectinata & batuta, & in manellis parata ad ponendum in tela.
n *Neta.* i. filata nā eo. i. ſubtiliter filū à colo traho, ſecūdum H. licèt aliter alij hoc exponant.
o *Vtputa.* hęc exempla de neta & nō neta poſſunt intelligi, & non eſt vis: quia clarè ſoluet.
p *Stamen.* ſtamen dicitur lana quæ trahitur à trama. nā trama remanet in dētibus pectinū: & ſic bona lana & pur gata ex qua orditur poſtea tela, appellatur ſtamē: & trama quę remanet, appellatur ſubtegmen, ex qua poſtea texitur tela ordita. hoc ſtamen aliqui vocant barbam lanæ.
q *Netam.* non tamen tinctam: vt. s̄. in princ.
r *Perueniſſet.* i. ita eſt parata vt ſolùm reſtet texere: nondū tamē eſt in tela poſita: quia tūc lanæ appellatione nō cōtinetur: licèt ſecus ſit in lino: vt. ĵ. §. linū autem.
ſ *Succidam.* quæ tonſa eſt de inferiori parte ouis. i. de corpore: ſic dicta, quia plena eſt ſucco. i. ſudore & pinguedine ouis: & affert ſanitatem. vel dicitur ſuccida. i. non lota: vt ſtatim colligitur. nam boccarij malitioſi non lauant vt plus pondere: & pro hoc facit quod ſubijcit de lota.
t *Nō ſit.* dic vt. s̄. in prin.
u *Tomentum.* [a] genus veſtis de lana. non autem dicas quòd lana habeat aliud tomentum quàm trama: quæ bene continentur lanæ vocabulo: vt. s̄. eod. l. j. §. quæſitum eſt. Vel dic tomentum eſt coopertorium quoddam de lana factū, vt eſt lana vel fragana qua vtuntur ruſtici pro culcitris.

* id eſt quod ita per ſe natum ſit, nulla arte fucatum: cuiuſmodi Virgilius finxit. Nec varios diſcet mentiri lana colores: Ipſe ſed in pratis aries iā ſuaue rubenti Murice, iam croceo mutabit vellera luto. Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos. Ant. Aug. lib. 4. c. 16.

† Fl. ſed & * Flo. hoc

† Vide hic Alcia. lib. Prætermiſ. 2. hoc ipſo tit. & Hermolaum in corollario ad Dioſcoridem. c. 126.

* Id eſt, ligneam lanam, puta quæ goſſipinis aut eius generis arboribus depectitur.

† Vide in hunc locum Laurentium Vallen. lib. Elegan. 6. c. 470. Alc. lib. 6. parerg. c. 26.

a] Quid tomētum, pulchrè Nebri. in lexico ſuo iuris ciui. in hac ipſa dictione.

x *Valetudinis.* hoc & ſequens neſcio quale erat.
y *Nec ea.* ſcilicet lana. Accurſius.
z *Fomentationis.* calefaciebat vt foueret ſtomachum. Accurſius.
a *Lanatæ.* vnde lana non eſt tonſa adhuc: non autem dicit de pellibus quibus operimur.
b *Et has.* ſcilicet pelles lanatas.
c *Leporinam.* ſi lanam habebat.
E d *Anſerinam.* vt pluma. & ſemper dic, ſi vt lana ad pannū vtebatur.
e *Et de ligno.* ſcilicet lana, & de cannis: vt dicunt: fortè id quod in vallibus producunt canellæ.
f *Factum.* quando non reſtat niſi vt ponatur in tela: licet quidam aliter dicant: vt no. s̄. ea. l in princ.
g *Netum.* id eſt, filatum: vt s̄. in princ. huius. l.
h *In tela eſt.* quia, lana quæ eſt in tela, nō cōtinetur: vt. ĵ. §. j. & ĵ. proxi. §. Itē differt in tincto lino & lana, vt ſubiicit: & eſt ratio vtriuſq; diuerſitatis, quia plus pretioſitatis accipit lana per tincturā & per telā quàm linū, ſecundum Ir. ſed Ro. non curauit reddere rationē.
i *De verſicoloribus.* i. de verſis in aliū colorē q̄ naturalē. Et dic quæſtionē eſſe an appellatione latè cōtineātur verſicoloria: & ſecundū hoc quod dicit, ſed ea quę tincta ſunt, ſcilicet naturaliter: & ſic facit s̄. ea. l. in prin. & quod ibi not. Alij dicūt quæſtionē eſſe quæ legatis verſicoloribus videātur legari: & quod ſubiicit, & cōſtabat: nō reſpō. ſed ibi: ſed ea videri legata. ſ. legādo verſicoloria quę tincta ſūt,

ſcilicet

ſcilicet accidentaliter:ſcilicet cum color naturalis eſt mutatus.

a *Detexta.* No.differentiam inter detexta & contexta: vt infra de auro & argen.lega.l.veſtimenta.

b *Ego arbitror.* non reſpondet quæſtioni adhuc:ſed infra,purpurā autem,&c.

A

ad.l.nuper.& ſupra eod.l.cùm ſuæ.

p *Debitor.* ſic.C.de pign.act.l.pignus.

q *Nequaquam.* niſi volente debitore erant in vſu creditoris: vt infra de ſupel.leg.l.legata.§.fina.& facit ſupra qui ſatiſda.cog.l.ſciendum.§.creditor.

c *Non ſunt.* ſcilicet accidentaliter.

d *Contineri.* ſcilicet legatis verſicoloribus.

e *Arbitror.* nomine verſicolorium.

f *Coccum.* ſtatim hoc exponit.

g *Non continebitur.* purpuræ appellatione.

* verſicolorum.

h *Buccinum.* genus coloris:ſic & ſequēs:& eſt aliàs, iāthinum:& alias hyacinthinū.& de cocco bis tincto& hyacinthino dicitur in veteri teſtamento in conſtructione tabernaculi. Et dicitur coccus bis tinctus pānus quidam ſericus qui eſt duorū colorum,& extra videtur viridis,& intus rubeus: & qualitercúque voluatur,ſic apparet.& facit infra eod.l.quæſitū.§.coccum.Hug.

Exod. 25.26. & Num.19.

† De purpura vide Plinium lib.9. c.36. & duobus ſeq.de eius inuentione Polit. Miſcel. c.11. De cocco Plin.li.9.ca. 41.De fucino ſeu buccino (niſi fuccinū malis legere) ibidem.c.36. de ianthino apud eundē li.21.c.6.& 8.

i *Ianthinum.* dic vt.ſ.ea.l. circa princ. & dic factum vt & ibi.

k *Non continebitur.* purpuræ appellatione.arg. ſupra de acti. empti. l. fundi.§.finali.

* buccinū.

† Alc lib.1. pręterm.

veteres lanæ appellatione verſicoloria non contineri:ſed ea omnia videri legata, quæ tincta ſunt & neta,quæ neque detexta [a] neque contexta ſunt.Proinde quæritur,an purpura appellatiõe verſicolorum * contineatur. Et ego arbitror [b] ea quæ tincta nõ ſūt,[c] verſicoloribus non adnumerari: & ideò neque album,neque naturaliter nigrum cõtineri,[d] nec alteri⁹ coloris naturalis. Purpurā † autem& coccum,quoniam nihil natiui coloris ſunt, contineri arbitror: [e] niſi aliud ſenſit teſtator. Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto. ſed coccum [f] non continebitur: [g] fucinum [h] * †& iāthinum [i] continebitur. Purpurę appellatione etiam ſubtegmen factum cõtineri nemo dubitat.Lana tinguendæ purpuræ cauſa deſtinata non continebitur. [k]

Sui dicũtur ſerui qui ad aliquē pertinent iure dominij vel quaſi: ſecus ſi iure vſusfruct⁹ vel pignoris.Itē ſecus in iis qui ad vendendum habẽtur: vel ſunt vicarij ſeruorum.communes verò ſerui ſui dicuntur,hoc dicit cum tribus.ll. ſeq. Bartolus.

CVm *ſuæ.*] CASVS. Legaui Titio ſeruos vel ancillas meas. certè illi ſerui cedūt legato quos ego habui numero meorum. & quod dixi in ſeruis & in ancillis: idem eſt in aliis rebus taliter legatis: & continentur appellatione ſeruorum & ancillarum mearum illi ſerui & ancillæ qui erant mei pleno iure:ſed illi in quibus habeo vſumfructum tantum, non cõtinentur:ſed bene continentur illi qui mihi ſeruiebāt bona fide,& quos habebā numero meorum, & etiā illi quos alij obligauerant. ſecus autem ſi pignori accepiſſem aliquos ſeruos:quia illi non continẽtur. Sed nunquid continebuntur illi mei ſerui quorum operas aliis locabam?Et dicitur quòd ſic:non autem continebitur ille meus ſeruus qui erat emptor & venditor ſeruorum cauſa lucri: nec etiam mancipia venalia:niſi ego teſtator hoc voluiſſem,& hoc appareat: nec vicarij ſeruorum meorum ordinariorū:ſed illi qui ſunt mihi cõmunes cum alio,bene continentur meorum appellatione.Hoc dicit vſque ad.l.nummis.Viuianus.

MEÆ SVÆ.

LXXI. IDEM *libro vicenſimo ad Sabinum.*

CVm ſuæ ancillæ ſiue ſerui in teſtamento ſcribuntur: [l] hi deſignari videntur,quos paterfamiliās ſuorum numero habuit.

LXXII. PAVLVS *libro quarto ad ſabinum.*

EAdem in omnib⁹ rebus quas ſuas quis legauerit, dicenda ſunt.

LXXIII. VLPIANVS *libro vicenſimo ad ſabinum.*

SVos autem ſeruos vel ancillas eos accipim⁹,qui ſunt pleno [m]

B

iure teſtantis: inter quos fructuarij non continebuntur. [n] Sed qui bona fide teſtatori ſeruiunt, ſuorum appellatione magis eſtvt cõtineãtur: ſi modò ſuorum appellatione eos quos ſuorum numero habuit,voluit cõtineri. [o] Eos verò quos quis pignori hypothecæve dedit, ſine dubio inter ſuos legaſſe videbitur debitor, [p] creditor nequaquā. [q] Proinde ſi quis ſeruos habuit ꝓprios, ſed quorū operas locabat, [r] vel piſtorias,vel hiſtrionicas, vel aliàs ſimiles: an ſeruorū appellatione etiā hos legaſſe videatur?Quod & præſumi oportet:niſi contraria volūtas teſtatoris appareat. Eum [ſ] qui venaliciariam vitā exercebat, [t] puto ſuorū numero non facilè contineri velle eiuſmodi mācipia, [u] niſi euidens voluntas fuit etiam

C

de his ſentiētis. [x] Nam quos quis ideò comparauit, vt ilico diſtraheret:mercis [y] magis loco quàm ſuorum habuiſſe credendus eſt. Vicarios autem, ſeruorum ſuorū numero non cõtineri [z] Pomponius libro quinto ſcribit.

LXXIIII. POMPONIVS *libro ſexto ad Sabinum.*

SI quis ſeruos ſuos legauit: cõmunes quoque cõtinentur, [a] & in quibus vſusfruct⁹ alienus * fuit.

D

LXXV. VLPIANVS *libro vicenſimo ad Sabinum.*

NVmmis indiſtinctè legatis, hoc receptū eſt, vt exiguiores [b] legati videantur: ſi neque ex conſuetudine [c] patrisfamiliās, neque ex regione [d] vnde fuit,neque ex contextu [e] teſtamēti poſſit apparere. [f]

LXXVI. IDEM *libro ſecundo ad Edictum.*

r *Locabat.* vt tamē per dies neceſſarios ſibi vtatur: aliàs mercis nomine magis continentur: vt.j. de auro & argen. leg.l.cùm teſtamento.

ſ *Eum.* teſtatorem:

t *Exercebat.* emendo & vendendo ſeruos.

u *Mancipia.* venalia.

x *Sentientis.* ſcilicet teſtatoris.

y *Mercis.* ſcilicet ex interpretatione non ſeruata ſignificatione vocabuli: vt ſupra de tribu.l.j.§.j.&.j.de verbo. ſigni.l.mercis.

z *Non contineri.* in lib.R. eſt non:ſed in lib.Io.eſt cancellatum.& pro R. eſt.j. de pec.lega.l.ſeruo manumiſſo.& ſupra eo. l. cùm ſuæ. &.j. de fun.inſtru.&inſtru.leg. l.quæſitum.§.Celſus.& .j.de libe.lega.l.cùm ita. in fin.Item pro eo,quia magis officiis alterius.i. ordinarij ſunt parati. l. ſi ſeruus.ſ. de pecu.

a SI *quis.Continentur.* vt &.ſ.titu.j.l.v. §.j. &.j. de verb.ſign.l. pupillus.§.fi.& ſupra de condi.inſti.l.j.in fi.niſi contra probetur ſenſiſſe:vt.ſ.eod.l.Iulianus.§. ſeruos.in fin.Accurſius.

* F ò.fuit NVMMI.

NVmmis.] CASVS. Legaui cibi decē libras Bononinorum, & deceſſi:& non apparet nunc de quibus Bononinis ſenſi,vtrum de groſſis, vel de paruis: nec apparet qualem vſum intelligerem in vita mea cum nominabā Bononinos: nec apparet qualiter illi de regiõ ne mea hoc intelligūt: nec aliqua parte teſtamenti mei ſunt nominati taliter Bononini quòd poſſit intelligi de certis, id eſt groſſis, vel de paruis. certè.x.libræ Bononinorum paruorū legatæ videntur.ſi autem aliquod de prædictis quatuor appareret,illi ſtandum eſſet. Viuianus.

l *ſcribuntur.* vt legati.

m SVos.*pleno.* ſcilicet ſaltem quo ad opinionem, vt bonæ fidei poſ.vt ſubiicit.Vel dic pleno iure:ſed non ſolus.

n *Non continebuntur.* quia nec quo ad opinionem ſunt eius qui habet vſumfructum: & hoc ſi fructuarius leget ſuos ſeruos: ſecus ſi proprietarius:vt.j.l.proxi.Accurſius.

o *Voluit contineri.* ſcilicet expreſſim:vt infra de auro & argen.leg.l. Quintus.§. argento. Vel aliud eſt cum dicit ſuos, vt hic.aliud cum dicit qui ſui ſunt: vt ibi,ſi quidem in teſtamentis,&c.vt.j.de regu. iur.l.in teſtamentis. Sed argu.contra.ſ. ad Sila.l.j.§.j.& facit infra

E

b *Exiguiores.* vt.ſ.titu.ij.l.ſi ita ſit ad ſcriptum.in fin.cum ſuis concor. Sed contra.j.de auro & argen.leg.l.qui lancem.Solu.vt no.ſupra titu.ij.l.apud Iulianum.§.Seio.

c *Conſuetudine.* locutionis:vt ſupra titu.ij.l.ſi ſeruus plurium.§.fin. non vſu:vt infra de vi.triti.oleóque lega.l.cùm certū. quæ eſt contra.eſt tamen arg.contra.j.titu.j.l.ſi cui. & infra de ali.& ciba.lega. l.alimenta. Accurſius.

d *Ex regione.* expone,id eſt,conſuetudine regionis.& facit infra de ſupel.leg.l.ſemper.

e *Ex contextu.* ſic ſupra de teſta.l. heredes.§.j.& infra de verbo.oblig.l.Titia.§.idem reſpondit.

f *Apparere.* quales legati ſunt, ex aliis quoque apparere poteſt:vt. ſ.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.&.j.de vi.tri.& oleo leg.l.cum certum.quæ ſunt contra,ſecundum Io.& facit.j.de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante.&.j.de ſupel.lega.l.Labeo.Accurſius.

CHartis.] CASVS. Legaui tibi chartas meas vel tabulas meas ad ſcribendum paratas. certè non continentur legato libri facti vel ſcripturæ. Viuianus.

a *Nemo dicet.* niſi vt.ſ.eo.l.librorum.§.libris.Accurſius.

b *CVm in ſubſtitutione.* Hanc legem intelligas planam eſſe per caſum poſitũ ſupra eo.l. in repetẽdis. Viuianus.

CHARTÆ. *ſcripturas.

c *Continentur.* appellatione ergo legatorum libertates continentur. Sed cõtra ſupra de trãſactio.l.j.§.imperatores. Sed dic vt ibi.

QVæſitum.] CASVS. Titius ita legauit libertæ ſuæ, quamuis hoc non ſit hîc in litera: Pamphilæ libertæ meæ fundum Titianum cum inſtrumento & cum iis quæ in eodem fundo erunt cùm moriar, dari volo. mortuo teſtatore allegabatur per heredem cõtra Pamphilam, Stichum ſeruum ex dicto fundo abductum antè annum mortis teſtatoris, & diſciplinæ per teſtatorem traditum, & poſtea in dictum fundum non reuerſum: & ideò eidem Pamphilæ non deberi ex dicto legato dictum Stichum. quæſitum fuit, an deberetur Pamphilæ dictus Stichus? Et dicitur quòd ſic, ſi teſtator miſit eum tantùm cauſa ſtudendi, non quòd transferret eum de fundo ad alium locum. [MÆVI FILI.] Titia fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem filium ſuum Mæuium in maxima parte bonorum ſuorum: & alium filium ſuum pone Titium in ſuperfluo: & poſtea ita in eodem teſtamento locuta fuit dicto Mæuio: Mæui fili contentus eſſe debes fundo meo Semproniano cum ſuis inhabitantibus, id eſt familia, & quæ ibi erũt, pro eo quòd iam tibi maximam partem facultatum mearum dedi ſupra in eodem teſtamento. poſtea legauit quibuſdam duos ſeruos qui erant in dicto fundo. facto teſtamento eadem Titia miſit talem epiſtolam dicto Mæuio filio ſuo: argentum autem omne & ſupellectilem quamcunque habeo, tibi dono: & quicquid habeo in prædio Semproniano quod tibi reliqui in teſtamento meo. modò mortua teſtatrice quæritur hîc de tribus. Primum eſt, an nomina debitorum & nummi qui & quæ erant in dicto fundo, pertineant ad dictum Mæuium? Et reſpondetur quòd non: niſi manifeſta voluntas defunctæ approbaretur per Mæuium quod voluerit ei legare dicta nomina debitorum & nummos. Secundũ eſt, an pertineat ad Mæuium ſupellex quæ in aliis prædiis & domibus eſſet, & etiam argẽtum? Et reſpondetur quòd non: niſi Męuius probet quod hoc placuit teſtatrici. Tertium eſt, an ſerui exiſtentes in dicto fundo quos teſtatrix legauit aliis in teſtamento, vt dictum eſt: pertineant ad dictum Mæuium? Et dicitur quòd non. [PRÆDIA.] Legaui Titio prædium Titianum & Seianum, ſicut à me dicta prædia poſſeſſa ſunt: & quæcunque in dictis prædiis erunt cùm moriar. quæritur, vtrum pertineant ad Titium ex legato mancipia quę in dictis prędiis morata fuerunt cauſa operis ruſtici, vel alterius officij: item omnia alia quæ in dictis prædiis fuerunt tempore mortis meæ? Et dicitur quòd ſic. [PETO.] Petij ab heredibus meis vt vẽderent pro ducentis aureis fundum meum Campanum cuidam meæ alumnę quę vocabatur Geneſia, ita vt eſt dictus fundus. quæritur, nunquid debeantur Geneſiæ reliqua colonorum quæ erant in dicto fundo tempore mortis meæ? Et dicitur quòd non. alia autem quæ erant in dicto prædio, bene debentur ei. [ILLVD.] Legaui Titio argentum meum. certè cedet legato argentum factum, puta ſcyphi & ſcutellę argenteę. Item cedet infectum: puta illud quod eſt in maſſa. Si autem legaui Titio marmora mea, non cedet legato niſi rudis materia. & eſt ratio inter prædicta duo, quia argentum factum bene poteſt reduci in maſſam: ſed ſtatua vel aliquid aliud de marmore factum non poteſt reuerti ad rudem materiam. [COCCVM.] Legaui tibi verſicoloria mea. certè continetur legato etiam quædam purpura quæ vocatur coccũ: de qua dixi ſupra eod. l.ſi cui.§.ſed coccum. Item continentur quædam aliæ purpuræ, ſcilicet coracinum, & hyſginum, & melinum. nam ita bene deſignantur ſuo nomine dictæ tres purpuræ, & ſunt diuerſi coloris, ſicut coccum & purpura: & dicas in litera, porrò, pro certè: & quin minus, pro quòd non. & repete, nemo dubitauit: & dic, certè nemo dubitauit quód coracinum, aut hyſginũ, aut melinũ non minus ſuo nomine deſignantur, quàm coccum vel purpura. & ita eſt plana lex. [CVM VIR.] Legaui vxori meæ ea quæ eius cauſa parata ſunt. venit poſt mortẽ meã vxor mea, vel ea mortua heres ſuus ad prætorem qui cognoſcebat de fideicommiſſis & legatis, & petebat ab herede meo mon ſolùm res quas paraueram p vxore mea, ſed etiam res æſtimatas quarum pretium erat in dote. certè non obtinuit, nec obtinere debuit petitio dictæ meæ vxoris, vel heredis eius coram dicto prætore quantum ad dictas res æſtimatas, niſi in vſum dictæ meæ vxoris datæ fuiſſent per me. nam tunc ſemper dicto legato cedent, ſiue ab ipſa vxore, ſiue ab alio comparatę fuerũt, & mihi in dotem datæ ęſtimatę, & à me in vſum eius datæ & paratæ: & ita etiam relatum fuit apud quendam iuriſconſultum qui vocabatur Aburnius Valens. [REBVS QVÆ.] Legaui Titio fundum Titianum, & res quæ in eo fundo ſunt. certè cedent legato illæ res quæ conſueuerunt eſſe in dicto fundo, quamuis per aliquem caſum nunc non ſunt ibi: non autem cedunt ea quæ non ſolebant ibi eſſe, quamuis ſint ibi nunc per aliquem caſum. & hoc dicit hîc.§. qui ſatis bonus eſt. Viuianus.

CHartis legatis nemo dicet [a] ſcriptas * & libros iã factos legato cedere. Hoc idem & in tabulis eſt.

LXXVII. IAVOLENVS *libro primo ex Plautio.*

CVm in ſubſtitutione [b] legata repetuntur, libertates etiã continentur. [c]

Qui ſtudiorum cauſa abeſt, abeſſe non videtur. Bartolus.

LXXVIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Vitellium.*

QVæſitum eſt, Stichum ſeruũ ex eo fundo antè annũ mortis teſtatoris abductum, & diſciplinæ traditum, poſtea in eum fundum [d] non reuerſum: an deberetur. Reſponſum eſt, ſi ſtudendi cauſa miſiſſet, non quò de fundo eum aliorſum transferret, deberi.

Genus in medio poſitũ ex præcedentibus & ſequẽtibus reſtringitur. Bartolus.

*Mæuij fili, quòd iam tibi maximam partem facultatum dederim, contentus* [e] *eſſe debes fundo Semproniano cùm ſuis inhabitantibus, id eſt, familia, & quæ ibi erunt.* Quæſitum eſt, de nominibus debitorum, & nũmis. [f] Eadem [g] epiſtulam talem emiſit. *Argentum omne,* [h] *& ſupellectilem, quodcunque* [i] *habeo, tibi dono, & quidquid in prædio Semproniano habeo.* An ſupellex quæ in aliis prędiis vel domibus eſſet, ad Męuiũ [k] pertineret: & an ſerui quos ex eo fundo aliis legauit. [l] Reſponſum eſt, [m] nomina & nummos [n] non videri deberi: niſi manifeſtè de his quoque legãdis voluntas defunctæ adprobaretur. ſeruos [o] ex eiſdẽ fundis aliis datos [p] deminuiſſe [q] filij legatum. de argento [r] & ſupellectili quæ alibi eſſet, eum cuius notio eſt, æſtimaturum: vt id obtineat, quod teſtatori placuiſſe à legatario adprobabitur. [ſ]

Ea videntur eſſe in fundo, quæ ibi ſunt vt perpetuo ſint.

Prædia quidam reliquit adiectis his verbis: *Vti à me poſſeſſa ſunt, & quæcunque ibi erunt cum*

d *Fundum.* mala videtur eſſe Grammatica: ſed dic, fundum lego tali cum inſtrumento, & cum his quæ in eo erunt cùm moriar: vt infra de fun.inſtru.& inſtru.leg.l.Seiæ.§.Pamphilæ.

e *Contentus.* per quod videtur legaſſe: vt.ſ.tit.j.l.peto.in princ.

f *Et nummis.* ſcilicet an contineantur legato: & hæc eſt prima quæſtio.

g *Eadem.* ſcilicet mater teſtatrix. aliàs eidem, ſcilicet filio. Accurſ.

h *Omne.* hîc oritur dubitatio ex eo quod ſubiicit, quodcũque, &c.

i *Quodcunque.* aliàs quancumque, ſcilicet ſupellectilem: vel quodcunque, ſcilicet argentum.

k *Ad Mæuium pertineret.* ſecunda quæſtio.

l *Aliis legauit.* ſcilicet contineatur legato. & eſt tertia quæſtio.

m *Reſponſum eſt.* reſponſio primæ.

n *Nummos.* quos habebat teſtatrix in aliis ſuis prædiis ſecundum quoſdam: imò quos habebat in prędio Semproniano, ſed ad tempus: vt infra eo.l.ſi chorus.§.j.& l.ſi ita.& ſupra titu.j.l.Gaius. & de hered. inſtit.l.ex facto.§.rerum.& infra de fun.inſtru.& inſtru.leg. l.quæſitum.§.Papinianus.

o *Seruos.* reſpon.tertiæ quæſtionis.

p *Datos.* id eſt, relictos.

q *Deminuiſſe.* nam per ſpeciale derogatur generali: vt & ſupra eodem.l.vxorem.§.feliciſſimo.& infra de vi.triti.& oleo leg.l.ij.& de auro & argen.le.l.j.& de pecu.leg.l.ſeruo.& infra de ſupel.leg.l.legata.in princ.

r *De argento.* Solu.ſecundæ quæſtionis.

ſ *Probabitur.* Sed quid in dubio? Reſpon. id tantùm quod in prædio Semproniano habetur, videtur relictum: nam & illa demonſtratio, & quicquid in prædio Semproniano, &c. ſuperiora poteſt reſtringere: vt.j.de penu.leg.l.nam quod.§.fin. Sed contra.j.de fun. inſtru.

instru. & inſtru. leg. l. quæſitum. §. j. & infra de ali. lega. l.à filio. Sed ibi quia talis apparebat voluntas teſtatoris: vel dic vt in eis dixi.Accurſius.

a *Fuerunt.* non ad tempus, ſed perpetuò deſtinata. & facit. j. de fun.inſtru.l.Seiæ.§.finali.&.l.prædia.§.j.

b *Ducentorum.*id eſt pro cc. aureis vos heredes detis fundum alumnæ meę.quod legatum valet:vt.s.titu.ij.l. & ſi æquo.vel dic talem agrũ qui valet tantum: quia fortè tãtum emerat defunctus.

c *Non legata.* ſicut nec cætera quæ fuerunt ibi ad tempus.& facit.j. de fund.inſtru.& inſtru.le. l.Seiæ.§.fin.&.l.prædia.

d *Ea.* ſcilicet ſpecificata.

e *Victa.* omnia enim metalla ſuperãt ſua ſpecificata, potentia: quia nullo modo extinguũtur ſpecificatione. lana autem & cypreſſus ſiue marmor vincuntur à ſuis ſpecificatis, cùm ad ſua vltra non redeant initia:& plerumque, vt lana & cypreſſus, & ſimilia,vt farina, nomen etiam perdunt vel amittunt. metalla autem & ſi ſint ſpecificata,ius habent ad rudem maſſam redeundi, nec nomen ſuum perdunt. nam ſi anulus eſt, non minus aureus vocatur: ſed veſtis nunquam lana: ſicut nauis cypreſſi non cypreſſus dicitur. & facit.j.eo.l. lana. &.l. heres.§.j.& de auro & argento lega. l. Quintus. ij. &.j. de acquiren. rerum domi.l.in omnib⁹. &.l. ſequen. Item facit j.de auro & argen. leg. l.cùm aurum. circa prĩ. &.l. & ſi non ſunt. §. j. Accurſius.

f *Dubitauit.* vt.s. eo.l.ſi cui.§.penul.

g *Quin minus.* id eſt nõ.

h *Porrò.* pro, certè. & ſunt iſti colores pannorũ,de quibus dixi.s. eo. l.ſi cui.§.fina.

i *Ego.* Paulus aduocatus mulieris.

k *Nec obtinui.* aliàs,obtinuit, ſcilicet mea opinio. cùm ergo acquieſcat ſententiæ Pauli, & in corpore iuris ponitur:erit lex generalis.& facit ſupra eo.l.hoc legatum.&.j.de auro & argen.lega.l.Quintus. & ſtatim hîc ſubiicit.

l *Rebus.* facit infra eo.l. ſeruus qui in fundo. cum ſuis concor. & ſupra eo.l.qui ſaltum.& infra de vſufru.. leg.l. generali. §. j. &.j. l. proxi.§.j.Accurſius.

SI *chorus.*] CASVS. Legaui tibi chorum ſeruorum. perinde poteris petere ſingulos,ac ſi ſingulos tibi legaſſem. & idem eſſet, ſi legaſſem tibi familiam ſeruorum. [HIS VERBIS.]Legaui Titio fundum Seianum, & quæ ibi mobilia mea erunt me mortuo. inuenitur in dicto fundo pecunia à me ibi repoſita cauſa mutuandi eam: & pecunia quam ibi repoſui cauſa præſidij, A nec quibuſdam bellis ortis in ciuitate me expediuiſſem. quæritur,nunquid iſtæ pecuniæ contineantur legato? Et dicitur quòd prima non, ſecunda ſic:& eſt ratio: quia prima pecunia eſt propria pecunia: & eſt fragilis, id eſt valde mobilis: & ad hoc fuit à me poſita in dicto fundo, vt inde moueretur cauſa mutuandi, vt dictum eſt: & ideò non eſt mirum, ſi non continetur in dicto legato.& ita audiuit Proculus dicentes ſenes ruſticos. Secunda autem pecunia quæ fuit à me repoſita in dicto fundo cauſa præſidij, dicitur peculium,& non eſt ita fragilis & mobilis ſicut prima: & ideo non eſt mirum ſi continetur in legato. [AREA.]Legaui Titio quandam meã aream,& poſtea feci ſuper eam domum,& poſtea deſtruxi domũ, & remanſit area ſicut erat prius.certè debetur legatario dicta area:quãuis ei non deberetur, ſi dicta domus deſtructa non fuiſſet. ſed pone ꝙ legaui Titio ſeruũ meũ Stichum. poſtea heres meus manumiſit eum antequam traderet Titio. & poſtea rediit in ſeruitutem dicti mei heredis.certè poterit eum Titius legatarius petere.per factum enim heredis peruenit ad libertatem. Viuianus.

*moriar.* Quæſitum eſt,de mancipiis quæ in his prædiis morata fuerunt[a] vel operis ruſtici cauſa vel alterius officij, cæteríſque rebus quæ ibi fuerunt in diẽ mortis, an ad legatarium pertinerẽt. Reſpondit, ea omnia de quibus quæreretur, legata videri. *Peto vt fundum meum Capanianum Geneſiæ alumnæ meæ adſcribatis ducentorum*[b] *aureorum, ita vti eſt.* B Quæritur,an fundo * & reliqua colonorum, & mancipia ſi qua mortis tempore in eo fuerunt, debeantur. Reſpondit, reliqua quidem colonorum nõ legata:[c] cætera verò videri illis verbis, *ita vti eſt*,data.

Appellatione materiæ non cõtinetur materiatum,quod ad ſui materiã reuerti non poteſt. Bart.

Illud fortaſſe quæſiturus ſit aliquis. cur argenti appellatione C etiam factum argentum comprehendatur: cùm ſi marmor legatum eſſet, nihil præter rudem materiam demonſtratum videri poſſet. Cuius hæc ratio traditur: quippe ea quæ talis naturæ ſint, vt ſæpius in ſua redigi poſſint initia,ea[d] materiæ potentia victa[e] nunquam vires eius effugiant. Coccum quod proprio nomine appellatur, quin verſicoloribus cederet,nemo dubitauit:[f] quin minus[g] porrò[h] coracinum,† aut hyſginum, aut melinum ſuo nomine, quàm coccum purpuráve deſignatur?

Res æſtimatæ in dotem datæ non continentur in legato empti vel parati, ſi nõ fuerunt ad vſum traditæ.Bartolus.

Cùm vir ita legaſſet, *Quæ vxoris cauſa parata ſunt,ei do lego*:ego[i] apud prætorem fideicommiſſarium petebam etiam res æſtimatas quarum pretium in dotem erat,nec obtinuit,[k] quaſi teſtator non ſenſiſſet de his rebus.[l] Atquin ſi in vſum eius datæ ſint: nihil intereſt, ab ipſe an ab alio comparatæ ſunt. Poſtea apud Aburnium Valentem inueni ita relatum, Mulier res æſtimatas in dotem dederat, ac deinde maritus ei legauerat his verbis: *Quæ eius cauſa comparata emptáque eſſent.* Dixit emptorum paratorúmque appellatione non contineri ea quę in dotem data eſſent, niſi ſi maritus eas res poſteaquã ipſius factę eſſent, in vxoris vſum conuertiſſet.

Quæ caſualiter abſunt,abeſſe non videntur: & quæ caſualiter adſunt, adeſſe non videntur. Bartolus.

Rebus quæ in fundo ſunt, legatis, accedunt etiam ea quæ tunc non ſunt, ſi eſſe ſolent: nec quæ caſu ibi fuerunt, legata exiſtimantur.

Quod operatur genus quo ad omnes,idem operatur particulare quo ad particularia.Bart.

LXXIX. CELSVS *libro nono Digeſtorum.*

SI chorus[m] aut familia[n] legetur:perinde eſt quaſi ſinguli[o] homines legati ſint.

Nummi repoſiti vt mutuo dẽtur,non videntur eſſe in loco: ſecus ſi vt ibi perpetuò ſint. Bart.

His verbis, *Quæ ibi mobilia mea erunt,do lego*: D nummos ibi repoſitos vt mutui darentur, non eſſe legatos Proculus ait:at eos quos præſidij cauſa repoſitos habet, vt quidam bellis ciuilibus factitaſſent,[p] eos legato contineri: & audiſſe ſe ruſticos ſenes† ita dicentes, pecuniam ſine peculio fragilem[q] eſſe: peculium appellantes quod præſidij cauſa ſeponeretur.[r] Area legata, ſi inædificata medio tempore fuerit, ac rurſus area ſit: quamquam tunc peti non poterat,[ſ] E nunc tamen debetur. Seruus quoque legatus ſi interim manumittatur, & poſtea ſeruus

m *Si chorus.* ſeruorum cantentium cum inſtrumẽto quodam muſico quod dicitur chorus.habet & alias ſignificationes:vt.s. de ædil. edic.l. eiuſdem.Accur.

n *Familia.* ſeruorum. ſic ponitur infra ſi fami.fur. fe. dicatur. Accurſius.

o *Singuli.* quo ad hoc vt omnes peti poſſint: & legato cedunt quo ad quid: tamen aliud eſt: vt ſupra titu. j. l. ij. &.iij. &. v. &. vj. Idem quo ad actionem de euictione:vt ſupra titu. ij.l.ſi domus.§.j.&ſupra de euictionibus. l. ſerui venditor.

p *Factitaſſent.* aliàs factitaſſet.id eſt facere cõſueuiſſet teſtator,vel teſtatores.aliàs accidiſſet. Accurſius.

q *Fragilem.*id eſt de facili poteſt perdi. ſic. C, de admini.tut.l.lex quæ tutores.§.finali.

r *ſeponeretur.* habet & alias ſignificationes: vt not. ſupra de pecu.in rubr. & facit ad.§. fina. infra eodem. l. ſi ita. cum ſuis concor.

ſ *Non poterat.* contra videtur.s.titu.j.l.ſi areæ. &.s.titu. ij.l. ſeruum filij.§.ſi areæ.Solu.hîc fuit mutata voluntas,vt & ibi, & in.l. ſeruũ filij.§.ſi areæ.plene not.Item facit infra de ſol.l.qui res.§.aream. & infra de verbo.obligat.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.&.s.de vſufru. l.qui vſumfructum.in princip.&.l.ſi non in area.Sed contra ſupra quibus mod.vſusfruct.amit.l.repeti.§.fina. Sed aliud in vſufructu, ſecundum Hug.

* fundus. vt j.l.101.§. Peto.

† Crocinũ. herba dicta eſt à cocco, quam granã vocant.coracinum verò id eſt nigrũ. Alcia. lib. 2. parer.ca.1.

† Qui facilè veritatẽ rerũ noſcunt. & facit c.vlt. cum glo.ſup verbo,maiores eccleſiæ Senonen. canonicos.extra de offic. archid.

† Vide Eraſ. chil.4. cent. 6.prouer.2.

cc.l.27.§.1.j. de adim. le. l.cum res. §. area j.de ſolu.Vide Anto.Aug.lib. 1.c.3.

a *Peti poteſt.* aliâs peti non poteſt : & tunc nullum eſt contra. aliàs eſt, peti poteſt : & tunc eſt contra.j. de ſolu. qui res.§. aream. &.j. de adi.lega.l. ſi ſeruus. in fin. &.l. cum ſeruus. Solu. vt not.in.d.§. aream. vel hîc viuente teſtatore rediit in ſeruitutem, & poſtea ex voluntate noua voluit peruenire ad legatarium : vt dixi.ſ. proxi.§. & eſt arg.huius ſolutionis.j.de adi.lega.l.iiij.& facit ſupra quib. mod. vſusfruct. amit.l.repeti.§.fin.&.le. quid tamen.§.j.&.ſ. titu.ij.l. filiusfamiliâs. §. fin. & ſupra proxi.§. cum ſuis cócor. Viuianus.

factus ſit : poſtea peti poteſt. a

LXXX. IDEM *libro trigenſimoquinto Digeſtorum.*

COniunctim heredes inſtitui, aut coniunctim legari, hoc eſt, totam hereditatem, & tota legata ſingulis data eſſe, partes autem concurſu fieri. b

B Maſculinum genus concipit fœmininum, & non econtra. Bartolus.

LXXXI. MODESTINVS *libro nono Differentiarum.*

SEruis legatis etiam ancillas quidam deberi rectè putant: quaſi commune nomen c vtrunque ſexum contineat. Ancillis verò legatis maſculos non deberi nemo dubitat. ſed pueris legatis etiam puellæ debentur. id nõ æque in puellis pueros contineri dicendum eſt. Mulieribus verò legatis etiam virgines d debentur : ſicut viris legatis etiam pueros deberi reſpondetur. C Pecudibus e autem legatis, & boues & cætera iumenta continentur. Armento f autem legato etiam boues contineri conuenit : non etiam greges ouium & caprarũ. Ouibus legatis, neque agnos, g neque arietes contineri quidam rectè exiſtimant. Ouium verò grege legato, & arietes & agnos deberi nemo dubitat.

D Qui fugit, dicitur eſſe in loco à quo fugit. Bartolus.

LXXXII. IDEM *libro nono Regularum.*

SEruus qui in fundo morari ſolitus erat, ſi fugerit, licèt poſt mortem teſtatoris adprehẽdatur, fundo legato vt inſtructus

*COniunctim.*] CASVS. Ita dixit teſtator, Inſtituo mihi heredes Titium & Seium. certè quia cõiuncti ſunt re & verbis : cõcurſu diuidẽt hereditatem meã, id eſt per medium. ſed & ſi ita dicat teſtator, Lego Titio & Seio fundũ Cornelianum, erit idem in hoc legato quod dixi in hereditate. Viuia.

b *Concurſu fieri.* hoc autem contingit ſiue re & verbis, ſiue re tantùm, ſiue verbis tãtùm fit cõiunctio: vt.ſ.de vſufru.l.j.§. interdum. ſed aliàs duo vltimi dicũtur diſiuncti : vt.C. de caducis tollẽ.§. his ita.& facit.ſ. eo.l.qui duos.& facit.j. eod.l. re coniuncti.&.j. de verbo.ſignifi.l.triplici. Accurſius.

*SEruis.*] CASVS. Legaui Titio ſeruos meos, ſiue pueros, ſiue non. certè continentur ancillæ: ſed non ecõtra, id eſt ancillis vel puellis legatis non continẽtur ſerui & pueri. ſi autem legaui ei mulieres meas, etiam virgines debẽtur. & idem in maſculis. ſed ſi legaui ei pecudes meas, continentur boues, & cætera iumẽta. ſi autem legaui ei armẽtum, continentur boues, & nõ oues & capræ. ſi autem legaui ei oues meas, non cõtinentur arietes, & agni: quãuis continentur legato grege ouium mearũ. Viuia.

c *Commune nomen.* imò eſt maſculini ſexus : ſed hîc dicit, quaſi : & fit ex legis interpretatione. ſic ergo maſculinũ concipit fœmininũ, ſed non conuertitur niſi in caſibus: vt not.ſ.titu.j.l.ſi ita ſit ſcriptũ, & facit.ſ.eod.l.qui duos.& infra de verb.ſigni.l. deteſtatio.§.j.&.l. illa verba.§. pueri.&.ſ.de ado.l.hoc autem.§.j.

d *Virgines.* vt &.j.de verbo. ſigni.l. mulieris. in prin. & hoc largè accepto vocabulo : aliàs pro corrupta tantùm : vt.ſ. de ædili. edic. le.quæritur.§.mulierem.& de act. empt.le. ex empto.§. ſi quis virginem. Accurſius.

e *Pecudibus.* pecus pecudis vel pecoris, generale nomen eſt ad ea quæ gregatim paſcuntur: vt ſupra eo.l.legatis.§.pecoribus.

f *Armento.* facit.j.de verb.ſigni.l.boues.in princip.

g *Agnos.* qui ſunt minores anno : niſi conſuetudo patriæ aliter ſe habeat : vt ſupra eo.l.cùm quæreretur. in princip.

*SEruus.*] CASVS. Legaui Titio fundum Seianũ ſicut inſtructus eſt. de eo fundo aufugit poſtea ſeruus Stichus: & poſt mortem meam capit eum heres meus. certè continetur in dicto legato dictus Stichus. Viuianus.

h *Cedit.* quia non intelligitur ibi morari, vbi eſt in fuga : vt.ſ. de ſer.expor.l.ſi Titius.& facit.j.eo.l.ſi ita.cum ſuis concor.

A *QVod his verbis.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium, & ita ei dixi : Quicquid ex hereditate boníſve meis ad te peruenerit, reſtituas Seio cùm morieris. me mortuo tenuit Titius bona mea per.x.an. & habuit inde fructus & pecorum fœtus, & deceſſit. nunquid tenetur heres Titij dare fructus Seio prædictos & fœtus? Et dicitur quòd non, ſed alia omnia ſic. Sed pone ꝙ in dicto teſtamento reliqui quatuor meis libertis fundum Tit.anũ per fideicommiſſum, & volui & dixi quòd ſi aliquis eorum decederet, pars ſua dicti fundi ad alios pertineret. & cum extremus eorum deceſſerit, dixi quòd pertineret dictus fundus ad poſteros omnium dictorũ libertorum. euenit ita quod omnes liberti deceſſerunt, & vltimò decedens non reliquit liberos, ſed vnum libertum ſuũ. nunquid libertus liberti extremi veniet ad fideicõmiſſum? Et dicitur ꝙ non. Viui.

eſt, etiam ipſe legato cedit. h

LXXXIII. IDEM *libro decimo Reſponſorum.*

QVod his verbis relictum eſt, *Quidquid ex hereditate boníſve meis ad te peruenerit, cũ morieris reſtituas* : fructus quos heres viuus i percepit, item quæ fructuum vice k ſunt, non venire placuiſſe. nec enim quicquam proponi l ex quo de his quoque reſtituendis teſtatricem rogaſſe probari poteſt.

Appellatione poſterorum cõtinentur liberi, non liberti. Bar.

Idem teſtator m qui libertis fideicõmiſſum relinquebat, ſubſtitutione inter eos facta expreſſit, vt poſt mortem extremi ad poſteros eorũ pertineret. Quæro, cùm nemo alius ſit niſi libertus eius qui extremò mortuus eſt, an is ad fideicõmiſſum admitti debeat. Reſpondit, poſterorũ appellatione liberos tantummodò, non etiam libertos eorum quibus fideicõmiſſum relictum eſt, fideicõmiſſo contineri, nequaquam incertum eſt.

LXXXIIII. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Caſſio.*

CVi quæ Romæ eſſent, legata ſunt : ei etiam quæ cuſtodiæ cauſa in horreis extra vrbem repoſita ſunt, debentur. n

Pronomen, meum, adiectum certo corpori, & verbo præſentis temporis, facit demonſtrationem : ſi incerto corpori, taxationem : ſi verò verbo futuri temporis, conditionem. Bartolus.

LXXXV. POMPONIVS *libro ſecũdo ad Quintum Mucium.*

i *Viuus.* aliud ſi in hereditate eos inueniſſet, & aditionis tempore, à defuncto fortè, vel etiã ab ipſa hereditate dudũ perceptos. R.

k *Vice.* quæ ſint vice fructuum, habes.ſ. de vſur.le. vſuræ.&.l. prædiorũ. &l. in pecudum. ſ.de peti. hered.le.mercedes.

l *Proponi.* ſi teſtatoris mentem benignè exaudias, licet verborum rigor contra fortè ſuadeat: vt.j.ad Trebel.l.baliſta. &.ſ.de vſur.le.in fideicommiſſi.§. nonnũquam. Vel lex illa, baliſta, non obſtat : quia ibi dixit teſtator, quantacũque pecunia ex hereditate ſiue ex bonis meis ad eum peruenerit. at hîc non dixit nomẽ pecuniæ. Itẽ lex illa de vſuris nõ ob. quia ibi aliud apparebat ex voluntate defuncti, & ex verbis eius.& facit.j.tit.ij.l.qui fructus. &.j. ad Trebel.l. heredes. in princ. Item contra.j.de dote præleg.l.iij.§.fi.in fi.§. Solu.vt ibi.

m *Idem teſtator.* vt ſi quis nollet, alij haberent. Item vt altero deficiente ad alios. Item poſt mortẽ vltimi ad poſteros. nã liberi non liberti continentur appellatione poſterorum. ſic.j. de gradib.l.iuriſconſultus.§. parentes.&.C. de fideicõmiſ.l. cùm acutiſſimi.

E *CVi quæ.*] CASVS. Legaui Titio omnia ea quæ habeo Romæ. certè cedunt legato non ſolùm ea quæ ſunt intra muros ciuitatis Romæ cauſa cuſtodiæ, ſed etiam ea quæ ſunt in horreis extra vrbem poſitis, dum tamen ſint intra continentia ædificia. Viuianus.

n *Debentur.* ſcilicet ſicuti intra vrbem: quia nec hæc nec illa debẽtur, ſi ſunt cauſa cuſtodiæ : aliàs ſecus ſi perpetuò. hoc enim ſolum quærebatur, ſcilicet quatenus extenderetur ratione appellationis ſecundũ R.& ſic facit.j. de auro & argen.leg.l.ſi vxori.§.j.&.ſ.eo.l. ſi chorus.§.j.&.l. quæſitum.§.fina. &.j.l. ſi ita. cũ ſuis concor. quæ omnia eſſent contraria, niſi ſic exponeretur.& facit.j.de penu.leg. le.nam quod.§ ſi ita.&.j.de verb.ſig.l.ij.&.l. vt Alfenus.&.l. ædificia.&.l. qui in continentibus.&.l.collegarum.§.j.

*NVper.*] CASVS. Legaui Titio fundum Seianum, & non dixi, Lego Titio fundum meum Seianum. ita tamen volebam

Titium

Titium habere ſecundum, ſi meus eſſet. certè non habebit Titius fundum,niſi ſit meus. vnde diſtingue:aut legaui certũ corpus, aut incertum. ſi certum lego corpus: & ita dico,fundum meum Seianum lego Titio: aut eſt meus fundus,& debetur legatario:aut nõ, & ſimiliter debetur legatario, ſi ſciui ego teſtator alienum eſſe. ſi verò incertum corpus legaui, & ita dixi: Vinũ meum vel veſtem meã lego Titio:tũc iſtud vinum & illa veſtis quod & quæ eſt meum vel mea,debetur legatario, & non alia: niſi ego teſtator habebam numero meorum ea quæ nõ ſunt mea. tũc enim debebuntur legatario. & hoc quando dictũ verbum,meum vel meam, adiectũ eſt ad præſens tempus, vt poſui in exemplis.ſi autem in tempus mortis collatũ eſt, tunc habetur pro conditione, & ita demum debetur legatario,ſi inuenietur teſtatoris tempore mortis, & non aliàs: puta ita dixi, veſtẽ quæ mea erit cum moriar, lego Titio: & Stichũ qui meus erit cùm moriar, lego Titio: & multo magis ſi dixi ita Stichum lego Titio, ſi meus erit cùm moriar. quidam tamen dicebãt quòd pro demonſtratione accipitur in hoc caſu. ſed nõ eſt verum, imò pro conditione tãtùm,vt dictum eſt. Viuianus.

MEVM.

NVper conſtitutum eſt à principe, vt & non adiecto hoc, *meum*, [a] ſi quis corpus alicui leget, & ita ſentiat, vt ita demum præſtetur,ſi ſuum ſit:ita valere legatum,vt appareat magis ſententiam legantis,nõ hoc verbum, [b] *meum*,reſpiciẽdum eſſe. & ideò [c] elegans eſt illa diſtinctio, vt quotiens certum corpus legatur, ad præſens tempus adiectũ hoc verbum *meum*, [d] non faciat cõditionem. [e] Si verò incertum corpus legetur,veluti ita, *Vina mea, veſtẽ meam*: videatur pro conditione hoc verbum eſſe *mea*; vt ea demũ quæ illius ſint, [f] videantur legata.Quod [g] nõ puto fortiter poſſe defendi: ſed potius & hîc veſtẽ vel vinum quod ſuorum numero habuerit, [h] hoc legatum eſſe. ſic enim reſponſum eſt, [i] etiã quod coacuerit vinum, legato cedere ſi id vini numero teſtator habuiſſet. Planè in mortis tempore collatum hunc ſermonem, [k] *Veſtem quæ mea erit*: ſine dubio pro cõditione [l] accipiẽdum puto. Sed & *Stichum qui meus erit*: puto pro cõditione accipiendum. nec intereſſe vtrum ita, *Qui meus erit*: an ita, *Si meus erit*. vtrubique conditionẽ eam eſſe. Labeo tamen ſcribit,etiam in futurum tempus collatũ hũc ſermonem, *Qui meus erit*, pro demonſtratione [m] accipiendum.

a *Hoc meum*.ſcilicet vocabulo.

b *Nõ hoc verbum*.quod non fuit appoſitum, vt ideò dicat quis legatũ deberi: licèt res nõ fuit teſtatoris,quia non debetur: vt magis inſpiciamus mẽtem defuncti,qui voluit ita valere ſi ſuũ eſſet.nõ aliter.

c *Et ideò*.quia demum probata voluntate defuncti non valet in alieno,ideò, &c.

d *Meum*. quia dixit,Stichum ſeruum meum:vel qui eſt meus.

e *Conditionem*. tenet ergo legatũ: licèt res aliena ſit,dummodo teſtator ſciat:aliàs non niſi in caſibus:vt.C.eod.l.cùm alienam.

f *Illius ſint*. ſcilicet tempore teſtamenti: vt.j.de auro & argen.leg. l.ſi ita.&.l.medico.in princip.

g *Quod*. ſcilicet quòd non intelligatur, niſi ſit ſuum quando eſt incertum corpus.

h *Habuerit*. vt.&.ſ.eo.l.ſuos.

i *Reſponſum eſt*. vt.j.de vino triti.& oleo leg.l.j.

k *Sermonem*. certi vel incerti corporis, non eſt vis, quando eſt de futuro.

l *Conditione*.vt non debeatur ſi non eſt ſuum.

m *Pro demonſtratione*. quæ non vitiat legatum, licèt ſit falſa:vt.j.de condit.& demonſt.l.demonſtratio.

SI ita.] CASVS. Legaui Titio domum meam,& omnia quæ in ea domo erunt cùm moriar.certè cedet legato illud meũ quod ibi non ſolebat eſſe,quamuis aliquo caſu abſit:non autem cedet illud meum quod ibi nõ ſolebat eſſe, quamuis in aliquo caſu ibi ſit. Item nõ cedent nummi ad diem exacti per me à debitoribus meis vt aliis mutuarentur, quos nummos in dicta domo repoſueram. Sequens lex dicit quòd appellatione legati continetur fideicommiſſum,& donatio cauſa mortis. Viuianus.

n *Cùm moriar*. ſubau.Titio lego.

o *Ad diem*. id eſt,in termino.vel id eſt vt ad tẽpus teneret exactos, & poſtea collocaret.Sed quid ſi propoſito retinendi ibi,vt theſaurus?Reſpon.ſecus:vt ſupra eod.l.ſi chorus.§.j.niſi mutato propoſito redeant in primam cauſam,quia tunc non deberetur:vt.ſ.titu.j. l.antepen.in princ.& facit.ſ.eod.l.qui filium.& de heredi.inſtitu.l. ex facto.§.rerum.&.j.de auro & argen.lega.ſi vxori.§.j.&.ſ.eod.l.ſi fundum.&.ſ.de pecu.l.id veſtimentum.& infra de penu.leg.l.nam quod.§.j.& ſupra titu.ij.huiuſmodi.§. legatum. & ſupra eodem. l. qui concubinam. §.fin. &.l.qui ſaltũ.&.l.quæſitum.§.fina.&.l.ſi chorus.§. j. & infra de fundo inſtru. & inſtr. leg.l. Seiæ.§. Pamphilæ.& §. Tyrannæ. &. l.prædia. &.l.quæſitum. §. Papinianus.&. l. cùm de lanionis.§.Sabinus. Accurſius.



ſed alio iure vtimur.

Inſpici debet vbi res eſſe ſolent perpetuo, nõ vbi caſu deſunt vel abſunt. Bartolus.

LXXXVI. PROCVLVS *libro quinto Epiſtularum.*

SI ita legatum eſt, *Domum, quæque mea ibi erunt cùm moriar*: [n] nummos ad diem [o] exactos à debitoribus,vt aliis nominibus collocarentur, non puto legatos eſſe:& Labeonis diſtinctionem valdè probo, qui ſcripſit, nec quod caſu abeſſet,minus eſſe legatum: nec quod caſu ibi ſit, magis eſſe legatum.

LXXXVII. PAVLVS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

ET fideicommiſſum, [p] & mortis cauſa donatio appellatione legati continetur.

LXXXVIII. IDEM *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

LAna legata, veſtem quæ ex ea facta ſit, [q] deberi non placet. Sed & materia legata: nauis, armariúmve ex ea factum non vindicetur. [r] Naue autem legata diſſoluta: [ſ] neque materia, neque nauis debetur. [t] Maſſa autem legata, ſcyphi ex ea facti exigi poſſint. [u]

LXXXIX. IDEM *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

p *ET fideicommiſſum*. Legata & fideicom. paria ſunt:vt hîc, &.ſ.titu.ij.l.j.Sed fallit: vt not. C. cõmunia de lega.l.ij. Item donatio cauſa mortis,& legatũ: vt hîc, &.j. de do. cau. mor.l.illud.&.C.de do. cau.mor.l.fin.ſed fallit, vt no.inſtit. de don.§.j. ſuper verbo,ferè.Acc.

LAna.] CASVS. Legaui Titio lanam meam.certè non continetur veſtis ex lana facta. ſed & ſi legaui ei materiam meam aptã ad faciendum naues & armaria,certè non continetur nauis vel armarium ex ea factũ. ſi autem legaui ei nauem iã factam,& poſtea ſit diſſoluta,non debetur materia diſſoluta ex naue. ſed & ſi ipſa nauis iterum refecta ſit ex dicta materia, non debetur nauis refecta. ſi autem legaui ei maſſam argẽteam:ſi ſit ex ea facta aliqua ſpecies, bene cõtinetur legato. Viuia.

q *Facta ſit*. nõdum cedente die legati:alioquin contra:vt.ſ.ti.ij.l.ſeruum filij.§. ſi pocula. & nota.ſ.titu.j.l.mortuo.j.reſpon. Azo.& hæc ratio eſt ſupra eod. l.quæſitum.§.Illud.&.l. ſi cui lana.& infra de acquiren. rerum domi.l.omnibus.&.ll.ſequentibus.

r *Non vindicetur*.quia aliud ſi materia,& aliud ſi nauis: vt ſupra de pigne.act.l.ſi conuenerit.§.ſi quis ea.

ſ *Diſſoluta*.ſcilicet ea poſtea.

t *Debetur*. quia eſſe deſinit:ſecus ſi refecta ſit eadẽ carina non mutata:vt ſupra tit.j.l.quod in rerum.§.fi.

u *Exigi poßint*.quia aurum eſſe minimè deſinit:vt not.ſupra eod.l. quæſitum.§.illud.Sed cõtra hoc videtur ſupra de vſufru.l.qui vſufructu. in princip. & ſupra quibus modis vſusfruct. amitt.l.qui tamen.§.ſi in aſſe. Sed dic aliud in vſufruct.legato,quàm in proprietate legata. Item facit ſupra eod.l.item.§.penul.& infra de auro & argen.leg.l.vj. & infra de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. & ſupra eod.l.ſi cui lana.

RE coniuncti.] CASVS. Lex iſta diuiditur in partes duas principales. Primò loquitur de coniunctis,ſecundò de effectu coniunctionis: ſcilicet de iure adcreſcendi.ſecũda ibi,præfertur igitur. Item prima ſubdiuiditur in tres partes:quia primò loquitur de cõiunctis re tantùm,ſecundò de coniunctis verbis tantùm.tertiò ponit rationem,præcedẽtium.ſecunda ibi,item verbis.tertia ibi,quoniam ſemper. Item ſecunda pars principalis ſubdiuiditur in duas: quia primò ponit dictum, ſecundò illud probat per argumentum à ſufficienti diuiſione.ſecunda ibi,quòd ſi re tantùm. Bart.

Quidam legatarij ſunt coniuncti in legato re, & non verbis: quidam verbis, & non re: & quidam re & verbis. Re tantùm dicuntur coniuncti cùm lego duobus eandem rem ſeparatim hoc modo,Titio lego fundum Seianum: Gaio lego eundem fundum. Caſum ponit.

verbis autem tantum dicuntur coniuncti cum lego ita duobus: Titio & Seio fundum Seianum æquis partibus do lego.quo caſu pro parte dimidia habet quilibet fundum.& hæc duo exempla in litera ponuntur: tertium autem exemplum, ſcilicet quando ſunt coniuncti re & verbis, non ponitur in litera.eſt tamen tale, Lego Titio & Seio fundum Seianum. & ita eſt ibi copula, & non ſunt ibi illa verba, æquis partibus: quo caſu habet quilibet dimidiam.ſi ergo decedat legatarius vnus qui habet coniunctum in legato re & verbis, & coniunctum verbis tantum, & coniunctum re tantum,vel etiam repudiet ſuã partem legati: præfertur in partem illius legatarij mortui, vel repudiantis ſuam partem, vel alio modo amittentis: cæteris omnibus ille qui coniunctus eſt re & verbis, id eſt præfertur illi qui eſt coniunctus re tantùm, cum illo qui amiſit ſuam partem,& illi qui eſt coniunctus verbis tantum, & omni alij perſonæ.Et ponas ita exemplum : Lego Titio & Seio fundum Titianum.certè Titius & Seius ſunt coniuncti re & verbis, vt dictum eſt.poſtea ita dixi:Lego prædictum fundum Titianum Gaio. certè hic Gaius coniunctus eſt prædictis Titio & Seio re, & non verbis. poſtea ita dixi : Titio prædicto & Sempronio lego pro partibus æquis dictum fundum Titianum. certè Titius prædictus & Sempronius ſunt coniuncti in dicto fundo verbis,& non re. me teſtatore poſtea mortuo deceſſit Titius prædictus legatarius antequam haberet ſuam partem dicti fundi, id eſt quartam, vel repudiauit dictus Titius dictam ſuam partem, vel alio modo amiſit.certè ſuam partem prædictam debet Seius habere qui erat ei coniunctus in legato re & verbis, vt dictum eſt : & non debet de ea aliquid habere Gaius qui erat coniunctus re tantùm, vt dictum eſt : nec Sempronius qui erat ei coniunctus verbis tantum, vt dictum eſt.Nec aliquis alius debet habere aliquid in dicta parte Titij,niſi dictus Seius. hoc ibi, quòd ſi re tantum &c. vbi dicitur:Pone quòd dictus Titius non habebat coniunctum re & verbis, ſed vnum coniunctum re tantum, & alium coniunctum verbis tantum.certè in eo caſu habebit partem Titij vterque eorum, & non erit potior re tantum coniunctus illo qui verbis tantum erat coniunctus:nec econtra. Si autem dictus Titius habuit tantum collegatarium vnum coniunctum verbis tantum : certè ille ſolus habebit partem Titij, & potior erit omnibus aliis hominibus. & idem credo ſi habuit dictus Titius vnum tantùm collegatarium coniunctum ſibi re tantùm: quia & ille potior erit omnibus aliis hominibus:quamuis hoc vltimum non ſit in litera. & h.d.hæc lex.Viuianus.

† Vide quæ ad intellectum huius capitis ſcripſit Alc.lib. Parad. 4. ca. 8 & 9. & lib. 6 cap.7.

RE coniuncti † videntur,non etiam verbis, cùm duobus ſeparatim [a] eadem res legatur. Item verbis, non etiam re : *Titio & Seio fundum æquis partibus do lego*. quoniam ſemper [b] partes habent [c] legatarij . Præfertur [d] igitur omnimodo cæteris, [e] qui & re & verbis coniunctus eſt. Quòd ſi re tantùm [f] coniunctus ſit, [g] conſtat nõ eſſe potiorem. [h] ſi verò verbis quidem coniunctus ſit,re autẽ non: [i] quæſtionis eſt,an cõiunctus [k] potior ſit. [l] Et magis eſt vt & ipſe præferatur. [m]

XC. IDEM *libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOminatim legatũ accipiẽdum eſt,quod à quo [n] legatum ſit intellegitur,licèt nomẽ [o] pronuntiatum non ſit.

B Verba generalia acceſſoriè appoſita ad ſuum principale reſtringuntur.Bartolus.

XCI. PAPINIANVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

a *Separatim*. puta Titio fundum talem: Sempronio eundem fundum do lego.& ſic inſolidum, ſed concurſu faciunt partes : vt & s̃.de vſufru.ac.l.iij.& l.j.§.interdum.& s̃.eo.l.coniunctim. & C.de cadu.tollen.§.ſi verò non omnes.Accurſius.

b *Quoniam ſemper*. id eſt quoties verbis non re ſunt coniuncti.

c *Habent*. ſcilicet ab initio . vel dic ſemper, id eſt non demum per concurſum : quod eſt in ſuperiori caſu. Alij dicunt ſemper, id eſt hoc caſu : & in ſuperiori : ſed hîc ab initio, ibi per concurſum. quod non placet : quia dictio quoniam, non bene poteſt contineri.

d *Præfertur*. in parte deficiente,quæ debet legatariis accreſcere, & dictio,igitur,ponitur inceptiuè : vel dic etiam illatiuè, quaſi dicat, quia.s̃.non ad plenum ſunt coniuncti: igitur cum vtroque modo coniuncto ad plenum coniungitur:igitur &c.

e *Cæteri*.id eſt coniuncto verbis tantum,vel re tantum. non ob.s̃. titu.j.l.Mæuio.in princ.quæ eſt contra:vt ibi nota.

f *Quòd ſi re tantùm*. Duos caſus ponit vſque ad finem.Primus,an coniunctus re tantum potior ſit coniuncto re & verbis, vel verbis tantum? & dicitur quòd non. Secundus eſt, an coniunctus re & verbis præferatur coniuncto re tantùm ?Et dicitur quòd ſic. Tertius caſus , an qui coniunctus eſt re tantum , præferatur coniuncto verbis tantum?non eſt in litera hîc ſecundum Ioã. & Azo. ſed.R.dixit quòd primò quæritur,an coniunctus re tantum præferatur coniuncto re & verbis?& dicitur quòd non. Secundus,an coniunctus re tantum præferatur coniuncto verbis tantum?& dicitur quòd ſic.Tertij vltimò hoc dicunt ecõtra : ſed vt verbis tantum coniunctus præferatur re tãtum cõiuncto: quod magis ſonat hæc litera.ſed neutra placet : imò ambo ſimul admittuntur, ſcilicet coniunctus verbis tantum,& re tantum:vt.s̃.de here.inſtit.l.ſi ita quis.& arg.s̃.de leg.ij.Mæuio.in princip.

g *Coniunctus ſit*. ſemper dic,ei cuius portio deficit.

h *Potiorem*. coniuncto re & verbis,vel verbis tantum ſecundum Ioan. vel ſecundum R. coniuncto re & verbis. nam coniuncto verbis. tantùm præfertur ſecũdum eum.

i *Re autẽ non*. ſed alius ſit re & verbis coniunctus eidem : ſecundum Io. vel ſecundum Rog. eſt alius qui re tantum coniunctus eſt.

k *Coniunctus*.re & verbis,ſecundum Io.vel re tantum ſecundum R.

l *Potior ſit*. coniuncto verbis tantum , ſecundum omnes.

m *Vt ipſe præferatur*.qui re & verbis coniunctus eſt, ſecundum Io. vel ſecundum Rog.re tantum.& facit.j̃.de verborum ſignific.l. triplici. & inſtitu. de leg. §.ſi eadem.& s̃.de lega.j.l.ſi pluribus. & s̃.de heredi. inſtit.l. interdum.in princ.& adde diſtinctionem quæ eſt. s̃.de vſufruct. accreſcen.l.j.in fi.

N*ominatim.*] CASVS. Ad intellectum huius legis nota quòd cùm inſtituo mihi plures heredes, & ab vno eorum nominatim lego Titio,ille ſolus debet præſtare legatum Titio : vt infra eo.l.ſi plures. quid autem ſit nominatim ab vno legare, dicit hîc planè hæc lex.Viuianus.

C

n *A quo*. onerato.Accurſius.

o *Nomen*. onerati, vt à primo herede, vel ab herede legatarij : vt ſupra eod. l.ſi ſic.§.j.vel ab heredibus ſimpliciter : vt infra eod. l.ſi plures.ſic econtra in perſonam legatarij:vt.j̃.de condit.& demõſt. l. nominatim.& facit ſupra ſi certum peta.l. certum. & inſtitu. de exhered.lib.§.j.

P*rædiis*.] CASVS. Inſtitui mihi heredes filium meum Titium, & filiam meam Seiam.& prælegaui dictæ meæ filiæ prædium meum Titianum & Seianum, & quoſdam meos actores & colonos qui morabantur pro me in dictis prædiis, cum reliquis eorũ. certè illa reliqua colonorum & actorum vidétur filiæ legata quæ de reditu dictorum prædiorum remanſerunt penes dictos colonos & actores,non autem illa quæ ab eis exegi antè mortem meã. [EX HIS VERBIS.] Legaui Lucio Titio prædia mea, ſcilicet Titianum & Seianum cum prætoriis,ſicut à me in diem mortis meæ poſſeſſa ſunt. certè videor ei legaſſe inſtrumentum ruſticum paratum à me pro dictis prædiis:& omnia quæ in dictis prædiis erant à me parata vt eſſet inſtructior : non autem reliqua colonorum exiſtentium in dictis prædiis.[PATER FILIÆ.]Legaui filiæ meæ quandam meam ſtationem in qua faciebam vendi purpuras per quoſdam meos ſeruos quos illi negotiationi præpoſueram , & legaui eidem purpuras quæ erant in dicta ſtatione cauſa vendendi, & etiam dictos ſeruos præpoſitos. certè non videor legaſſe ei pretium purpuræ quam vendiderant dicti ſerui in credentiam,neque debita neque credita ſtationis,ſed ſolos ſeruos & purpura. [TITIO.] Ego emi prædia Seiana & Gabiana,& vno pretio : & in rationibus meis quas ſcribebam in quaternis meis cum colonis prædiorum , ſemper intelligebam cum dictis colonis contineri Gabiniana appellatione Seianorum : & ſemper fructus vtrorumque prædiorum ſimul miſcebam.feci teſtamentum, & legaui Titio Seiana prędia,ſicut ea comparaui.quæritur,vtrum contineantur Gabiniana? Et dicitur quòd ſic. ſecus autem ſi prædicta non feciſſem cum dictis colonis, ſed ſolummodò emiſſem Gabiniana cum Seianis:quia tunc non continerentur Gabiniana. [BALNEAS.]Habebam ſtufam in domo mea,ſicut habet Girardinus Salaros.dictam meam domum legaui Titio, nunquid continetur ſtufa?& diſtinguitur : aut publicè ſtufam præbebam cuilibet volenti intrare pro certa mercede pone : aut non. primo caſu non videtur contineri ſtufa ſub legato domus, niſi multa concurrant.Vnum eſt quod debet concurrere,quòd ſtufa adiretur per intrinſecam partem domus legatæ.Secundum eſt ꝙ in vſu Girardini & vxoris ſuæ dominæ Lombardiæ ſit quandoque dicta ſtufa.Tertium eſt,quòd mercedes ſtufæ miſceantur in rationibus Girardini cum mercedibus aliarum rerum de domo ex quibus merces percipitur. Quartum eſt, quòd vno communi pretio comparata fuiſſet ſtufa cum domo legata. Quintum eſt, quòd vno communi pretio inſtruatur cum domo legata, puta cum neceſſarium eſt coope-

eſt cooperiri domum, cooperitur & ſtuſa cum ea. vel etiam alia quæ ſunt neceſſaria ad inſtructionem domus & ſtuſæ, fiunt ſimul à Girardino. Secundo caſu indiſtinctè continetur ſtuſa domo legata. [QVI DOMVM.] Ego emi hortum vicinum domui meæ, vt amœniorem domum & ſalubriorem poſſiderem: & per domum cœpi ire ad hortum. poſtea domum legaui Titio. certè continetur & hort⁹. ſecus autem ſi nō emi dictis de cauſis. nam non contí nebitur hortus legato domus. Quid de domū cula iūcta dictæ domui à me legatæ? certè continetur legato domus dicta domūcula, ſi duo interueniant. & non aliàs. Primum eſt, ſi domuncula fuit à me comparata cum domo vno pretio. Secundum eſt, ſi penſionē domus & domūculam ponebam ſimul in rationibus meis. Viuianus.

† Concor. c. peruenit ad noſtras. in gloſ. ſuper verbo, multa. ibi argu. quòd per ſe quentia intelliguntur, & præſumūtur præcedētia. diſtin. 18. item ciuili modo intelligendū eſt verbū glo. in verbo, continue. c. ſicut nobis. de verbo. ſig. li. 6.

PRædiis per præceptionem filiæ datis cum reliquis actorum [a] & colonorum, ea reliqua videntur † legata, quæ de reditu prædiorum [b] in eadē cauſa manſerunt. [c] alioquin pecuniā à colonis exactam, [d] & in Kalendarium [e] in eadem regiōe verſam, reliquis non contineri neque colonorum neq; actorū facilè conſtabit: tametſi nominatim actores ad filiam [f] pertinere voluit. [g] Ex his verbis, *Lucio Titio prædia mea illa cum prætorio, ſicut à me in diem mortis meæ poſſeſſa ſunt, do*: inſtrumentum ruſticum, & omnia quæ ibi fuerunt quò dominus fuiſſet inſtructior, [h] deberi conuenit: colonorū reliqua non debentur: [i] Pater filio tabernam purpurariam cū ſeruis inſtitoribus, & purpuris quæ in diē mortis eius ibi [k] fuerunt, legauit. Neque pretia purpuræ condita, [l] neque debita, [m] neque reliqua legato contineri placuit.

Ex vſu teſtatoris magis quàm ex inſtrumentis emptionis volūtas eius perpenditur. Bartolus.

*Titio Seiana prædia ſicuti comparata* [n] *ſunt, do lego*. Cum eſſent Gabiniana quoq; ſimul vno pretio cōparata, nō ſufficere ſolum argumentum emptionis [o] reſpōdi: ſed inſpiciēdum, an literis & rationibus [p] appellatione Seianorum Gabiniana quoque continentur, [q] & vtriuſque poſſeſſionis cōfuſi reditus, [r] titulo Seianorum accepto lati [ſ] eſſent.

a *Actorum*. qui fuerunt & ipſi filio prælegati, vel etiā eidem filiæ: vt. j. dicitur.

b *Prædiorum*. reſtringitur nomen reliquorum propter adiuncta: vt. s. tit. j. l. cùm pater. §. dulciſſimis. & s. de ſer. ruſti. præ. l. qui duo.

c *Cauſa manſerunt*. vſq; in diem teſtatoris. R.

d *Exactam*. per teſtatorem. ADDITIO. Vel etiam artores. Cont.

e *In kalendarium*. ſic euenerat quòd in kalendarium fuerat redacta. alioquin ſufficeret ſola exactio ad huius legati deminutionem, ſicut in quolibet debito legato: vt. s. tit. ij. l. ſi ſic. §. ſi mihi. & j. eodē. l. Offidius. & dic verſam non nomine filij: aliàs ſecus: vt j. de pecul. lega. l. fi. & s. tit. j. l. antepe. in prin.

f *Ad filiam*. quare eorū reliqua ad ſe potius pertinere allegat filius: licèt perperam.

g *Voluerit*. per quod volebat filia etiam pecuniam kalendarij.

h *Inſtructior*. & ſic etiam inſtrumentum patrisfamiliâs. ſic infra defund. inſtr. l. Seiæ. §. fin. & l. prædia. § liberto. & s. eo. l. quæſitum §. prædia.

i *Debentur*. vt & s. eod. l. quęſitum. §. peto.

k *Ibi*. id eſt in taberna. Azo.

l *Condita*. in taberna, cùm erant iam exacta: & dic purpurę venditæ. aliàs credita: ſed tunc ſuperfluit propter hoc quòd dicit, debita.

m *Debita*. ſcilicet pretia nondum exacta. & facit. j. de auro & argen. leg. l. vxori. §. j. & j. titu. ij. l. generali. §. vxori. & ſupra eod. leg. vxorem. §. legauerat. & ſupra titu. j. l. Gaius. in princip. & infra de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. Seiæ. §. prędia in princi. & §. j. & ij. & s. proxi. §.

n *Comparata ſunt*. hinc oritur quęſtio. R.

o *Emptionis*. not. quòd inſtrumenta emptionis non probant fines plebatus, vel plebium, vel curiarum. ſic. C. de iure delib. l. cum aliquis. Sed arg. contra. C. de contrahen. ſtipu. l. optimam.

p *Et tationibus*. aliàs traditionibus: aliàs rationibus, id eſt inſtrumento emptionis & traditionis continetur Seiani vocabulum tantùm, & de Gabiniano cum eo fuit intellectum. vel dic inſtrumētis locationum, & traditionibus factis colonis à patrefamiliâs.

q *Continerentur*. id eſt ſignificarentur. & facit. j. de rebus du. le. j. & iij. & s. titu. j. l. Gaius. §. fi. & j. de fun. inſtru. & inſtr. le. l. Seiæ.

§. tyrannæ.

r *Reditus*. & fortè ſunt ſub eiuſdem villici cura: vt. s. eo. le. patronus. §. Sempronio.

ſ *Accepto lati*. aliàs acceptò lati: & tunc plana. aliàs acceptò legati. & tunc dic titulo, id eſt nomine accepto, id eſt electo & expreſſo in legando: & legati eſſent, id eſt legati intelligerētur. nimirum enim quò magis Seiano prędio quaſi toti pars cedat, vt Gabinianū: domini ſatis erit deſtinatio: vt. j. de verbo. ſignifi. le. locus. & s. titu. ij. quod in rerum. § j.

Ex aditu iudicatur an balnea vel hortus cedant domui. Bar.

Balneas legatę domus eſſe portionem conſtabat. [t] Quòd ſi eas publicè præbuit, ita domus eſſe portionem balneas, [u] ſi per domum quoque intrinſecus adirentur, [x] & in vſu patrisfamiliæ vel vxoris nonnunquam fuerunt, & mercedes [y] eius * inter cæteras [z] meritoriorū domus rationibus accepto ferebantur, & vno pretio [a] comparatæ vel inſtructę cōmuni coniunctu fuiſſent. Qui domum poſſidebat, hortum vicinum ædibus comparauit, ac poſtea domum legauit. Si hortum domus cauſa comparauit, vt amœniorem domum ac ſalubriorem poſſideret, aditúmque in eum per domum habuit, & ædium hortus additamentum fuit: domus legato continebitur. [b] Appellatione domus inſulam quoque iniunctam domui videri, ſi vno pretio [c] cum domu fuiſſet comparata, & vtriuſque penſiones ſimiliter accepto latas rationibus oſtenderetur.

* earum

In legato generali non continentur inſtrumenta. Bartolus.

XCII. PAVLVS *libro tertiodecimo Reſponſorum.*

SI *mihi Mæuia* † *& Negidia filiæ meæ heredes erunt*, [d] *tunc Mæuia è medio ſumito, præcipito, ſibique*

t *Conſtabat*. vnde legata domo cōtinetur balneū, vel balnea. & hoc ſi nō publicè prębuit. aliàs diſtingue vt ſubiicit.

u *Balneas*. ſcilicet dicēdum eſt.

x *Adirentur*. ſcilicet balneæ.

y *Et mercedes*. ſcilicet balneorum.

z *Inter cæteras*. ſcilicet mercedes.

a *Et vno pretio*. ſcilicet cōmuni. & facit. j. proxi. §. & §. fin. & s. proxi. §. cum ſuis cōcor. & no. hunc. §. & ſequentes, quia faciūt ad quęſtionem facti. Item facit. s. de act. empt. l. ſi mercede. §. j. Accurſius.

b *Continebitur*. hortus. ſic. j. de dā. infect. le. qđ conclaue. & s. de ſer. vrba. prædio. l. fi. & de ſer. ruſti. prędi. l. ſi partem. Itē faciunt. s. proxi. duo §§. cū cōcor. & j. proxi. §. cum ſuis concor. & ſupra de act. empt. l. fundi. § fin. Accurſius.

c *Vno pretio*. maximè. ad hoc enim vt cedat, ſufficit domini deſtinatio: vt. s. de lega. j. l. quod in rerū. §. j. & not. s. ea. l. §. Titio. & faciunt ad hoc ſuperiores. §§. tres cum ſuis concord.

† Inquantū iſte text. dicit quòd inſtrumēta nō veniunt in legato generali, eſt limitatiuus tex. l. cùm alienā. C. de leg. vbi dicitur ꝙ in legato generali venit omne ius quod quis habet in re: ſiue reale ſit ſiue perſonale: de quo vide. l. ſi domus. §. 2. s. de lega. 1.

SI *mihi*.] CASVS. Inſtitui mihi heredes filias meas Mæuiam & Negidiam: & ita poſtea dixi, Si dictę meæ filię erunt mihi heredes, tunc Męuia prędicta percipiat fundos meos Titianum & Seianum cum caſulis, & cuſtodibus eorum fundorum, & cum his omnibus agris qui ad coniunctionem cuiuſque eorum fundorum obtigerint emptione, vel quolibet alio caſu: & cum aliis mancipiis & pecoribus & iumentis, cæteríſque vniuerſis ſpeciebus quę in dictis fundis & quolibet eorum erunt cùm moriar, & vti optimi maximíque ſunt dicti fundi, & ſicut eos poſſedi in diem mortis meæ: & vt plenius dicam, ſicut claudūtur dicti fundi. me mortuo inuenitur in vno de dictis fundis puta Titiano vnum tabularium, ſicut ſunt tabulæ campſorum, in quo tabulario ſunt ſcriptæ emptiones plurium mancipiorum & fundorum, & in quo ſunt ſcripta inſtrumenta variorum meorum contractuum, & in quo ſunt ſcripta nomina plurium debitorum. quæritur, vtrum prædicta quæ continentur in dicto tabulario, contineantur in dicto legato Mæuiæ? Et dicitur quòd non, imò remanēt communia ei & Negidiæ. [HIS VERBIS.] Inſtitui mihi heredes Titium & Seium, & ita poſtea dixi: fidei heredum meorum committo, vt ſinant Gaium domus meas habere in quibus habito, nullo omnino excepto, cum omni inſtrumento, & repoſitis omnibus. nunquid videtur legata dicto Gaio pecunia numerata quæ erat in dictis domibus, vel etiam inſtrumenta debitorum quæ ibi erant? Et dicitur quòd non. Viuianus.

d *Heredes erunt*. quos inſtituerat.



UNED

a *Cum caſulis*. id eſt paruis domibus quæ in fundis erant. aliàs caſalis, id eſt locum ſiue aream paratam ad ædificandum.

b *Emptione*. quia vno pretio cum his ſunt empti: vt ſupra.l. proxi.§. Titio.

c *Tabularium*. id eſt liber imbreuiaturarum, à tabulis id eſt inſtrumentis dictum. vel id eſt ſcrinium de tabulis vbi erant inſtrumenta.

d *Communia*. vtriuſque heredis. Accurſius.

e *Legato*. ſcilicet Mæuiæ.& ſic remanent cõmunia. & facit infra de fundo inſtru.l. quæſitũ. §. Papinianus. & ſupra eodem.le. vxorem.§. legauerat.& infra de vſufruc. legato.l. generali. §. vxori. & ſupra titu.j. le.Gaius. &.s̄.l. proxi.§. pater.

f *Excepto*. ex hoc verbo quæſtio procedebat quæ erat ſimilis ſuperiori. Accurſius.

g *De pecunia*. quæ fænerãdi vel cuiuſuis pręſentis erogationis cauſa ibi foret. R. ſecus ſi vt theſaurus: vt ſupra eodem.l. ſi chorus.§.j. &.l. quæſitum. &.leg. ſi ita. cum ſuis concor. &. s̄. proxi. §.

A *habeto fundos meos illum & illum cum caſulis* [a] *& cuſtodibus omnium horum fundorum, & cum his omnibus agris qui ad coniunctionem cuiúſque eorum fundorum emptione* [b] *vel quolibet alio caſu obtigerint. Item cum omnibus mancipiis, pecoribus, iumentis, cæteríſque vniuerſis ſpeciebus quæ in iiſdem fundis, quóve eorũ cùm moriar erunt, vti optimi maximíque ſunt, vtíque eos in diem mortis meæ poſſedi, & vt plenius dicam, ita vti cluduntur.* In fũdo autem vno ex his qui prælegati ſunt, tabularium [c] eſt, in quo ſunt & cõplurium mancipiorum emptiones, ſed & fundorum & variorum cõtractuum inſtrumenta: pręterea & nomina debitorum. quæro, an inſtrumenta communia [d] ſint. Reſpondi, ſecũdùm ea quæ proponuntur, inſtrumenta emptionum, item debitorũ quæ in fundo prælegato remanſerunt, non videri legato [e] cõtineri. His verbis domibus legatis, *Fidei heredũ meorum committo, vti ſinant eum habere domus meas in quibus habito, nullo omnino excepto,* [f] *cum omni inſtrumento, & repoſitis omnibus*: non videri teſtatorem de pecunia [g] numerata, aut inſtrumentis debitorum ſenſiſſe.

## Nudum præceptum teſtatoris non valet. Bartolus.

XCIII. SCÆVOLA *libro tertio Reſponſorum.*

LVcius Titius teſtamento ſuo cauit, ne vllo modo prædiũ ſuburbanum [h] aut domum heres alienaret. filia eius heres ſcripta heredem reliquit filiam ſuã, quæ eaſdem res diu poſſedit, & decedens exttaneos heredes inſtituit. [i] Quæſitum eſt, an prædia pertinerent ad Iuliam, [k] quæ Lucium Titium teſtatorem patruum maiorem habuit. Reſpõdit, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum quo minus ad heredem [l] pertinerent, * cũ hoc nudum [m] præceptum eſt.

Repetitur in l.38 §.4. s̄.eod.

* Flo. pertineret.

## Si fertur abſolutoria in vna cauſa, non obſtat exceptio rei iudicatæ in alia agenti. Bartolus.

B *Semproniæ mulieri* † *meæ reddi iubeo ab heredibus meis centum aureos quos mutuos acceperam.* Quæſitum eſt, ſi hanc pecuniam vt debitam Sempronia petens [n] victa [o] ſit: an fideicommiſſum [p] peti poſſit. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe ex cauſa fideicommiſſi peti quod appatuiſſet non fuiſſe ex alia cauſa debitum. Quidam [q] prædia legauit libertis, adiectis his verbis: C *Vti à me poſſeſſa ſunt, & quæcumque ibi erunt cùm moriar.* Quæſitum eſt, an mancipia quæ in his prædiis morata in diem mortis patrisfamilias fuerunt operis ruſtici cauſa, vel alterius officij, cæteraq́; res quæ ibi fuerunt, ad legatarios pertineant. Reſpondit, pertinere. [r]

† i. vxori, Græco more. Aug. li.1. ca.1.

## Appellatione fratrum continentur ſorores. Bartolus.

D Quæſitum eſt, an quod heredes fratribus rogati eſſent reſtituere, etiam ad ſorores pertineret. Reſpondit pertinere: niſi aliud ſenſiſſe teſtatorem probetur. Collegio [s] fabrorum fundum cum ſiluis quæ ei cedere ſolent, vti optimus [t] maximúſque eſſet, legauit. Quæro an ea quoque quæ in diem mortis ibi fuiſſent, id eſt fœnum, pabulum, paleam, * item machina, vaſa vinaria, id eſt cuppæ & dolia quæ in cella defixa [u]

* palea, itẽ machinæ.

LVcius.] CASVS: Lucius Titius qui erat patruus magnus Iulij, id eſt frater aui dicti Iulij, fecit teſtamẽtum, & inſtituit ſibi heredem filiam ſuam Titiam: & præcepit ei ne vllo modo prædia ſuburbana, aut domus quę erant in hereditate, alienaret: & non adiecit cauſam quare prohibuit. mortuo dicto Lucio Titio Titia prædicta ſua filia reliquit heredem filiam ſuam Seiam, & ita non fecit contra præceptum teſtatoris, quòd non alienauit in extraneum. mortua dicta Titia filia teſtatoris, Seia filia Titiæ inter alias res dictæ hereditatis poſſedit diu dicta prędia ſuburbana & domum. decedens dicta Seia inſtituit ſibi heredes quoſdam extraneos. quæritur, quis debeat habere dictas res vetitas alienari, vtrum extranei heredes Seiæ, an verò ad Iulium debeant pertinere qui erat de familia teſtatoris? Et dicitur quòd ad heredes extraneos. præceptum enim Lucij Titij fuit nudum, quia non fuit ibi cauſa prohibitionis: & ideò non valet. [SEMPRONIÆ.] Ita dixi in teſtamento meo, Semproniæ vxori meæ reddi iubeo ab heredibus meis centum aureos quos mutuo ab ea acceperam. me mortuo petiit dicta mea vxor ab heredibus meis dictos centum aureos ex mutuo, & ſuccubuit. certè poteſt iterum petere ex fideicommiſſo. [QVIDAM.] Titius in teſtamento ſuo legauit prædium ſuum Titianum & Seianum ſicut ab eo Titio poſſeſſa ſunt, & quæcumque in eis erunt cùm morietur dictus Titius, duobus ſuis libertis. certè mancipia quæ in his prædiis morata fuerunt in dictis prædiis operis ruſtici cauſa vel alterius officij cauſa vſque ad mortem dicti Titij, pertinent ad libertos. Item cæteræ res quæ ibi fuerunt. [QVÆSITVM.] Inſtitui mihi heredes duos meos filios, cùm haberem quatuor filios, & duas filias: & rogaui inſtitutos vt reſtituerent fratribus ſuis. certè & ſororibus tenentur reſtituere, niſi ego teſtator aliud ſenſi. [COLLEGIO.] Titius legauit cuidam collegio fabrorum fundum Titianum cum ſiluis quæ ei ſolent cedere, vti optimus maximúſque eſt dictus fundus. quæ verba, vti optimus &c. tantùm libertatem fundi ſignificant: vt ſupra de lega.j. leg. ſeruo.§. ſi fundus. modò quæritur, vtrum cedat legato prædicto fœnum,& pabulum, & palea,& machina,& vaſa vinaria,& dolia, & granaria non affixa in terra? Et dicitur quòd non. [EX PARTE.] Titius inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium,& Seio prælegauit fundũ ſuum Iulianum, & ab eo Seio petiit hoc modo, peto vti velis coheredem tibi recipere in dicto fundo Claudium. quæritur, an Claudius habere debeat dimidiã fundi? Et dicitur quòd ſic. Viuianus.

h *Suburbanum*. id eſt hortos in ciuitate: vt C. de præ. min.l. ſi prædium.

i *Inſtituit*. & ſic facta eſt alienatio quam teſtator vetuit fieri. Azo. vt ſupra titu.j.l. peto.§. fratre. Sed argu. contra ſupra de alie.iud.l. ex hoc. §. alienare.

k *Iuliam*. aliàs Iulium, cui teſtator erat adgnatus, & ſic quaſi de familia nolebat remanere extra familiam alienatum.

l *Ad heredem*. etiam extraneum.

m *Nudum*. ſic ſupra de lega.j.le. filius.§. diu. & ſupra eodem leg. pater. §. Iulianus Agrippa. & contra. ibi poſitum, & hîc potes ponere & ſoluere. & facit infra de conditio. & demonſtra. leg. Titio. in principio.

n *Petens*. adiecta cauſa ex mutuo: & ſecundò aget ex teſtamento.

E o *Victa*. quod eſſe debuit niſi iuraſſet: vt.s̄. tit.j.l. Lucius. §. quiſquis. &.s̄.eo.l. cùm quis.§. codicillis.

p *Fideicommiſſum peti*. niſi probetur errore ductum & credentem debitum legaſſe: vt. C. de falſa. cauſa.l.j.&.j̄. de condit.& demon.l. cùm tale.§. falſa.

q *Quidam*. facit.s̄.eo.l. quæſitum.§. prędia.&.j̄. de auro & argento lega.l. ſi vxori.§.j.

r *Pertinere*. nota appellatione fratris & ſororem contineri: vt.s̄. de pact.l. tres fratres. quia maſculinum cõcipit fœmininum: vt.s̄.eo.l. qui duos. &.l. ſeruus.

s *Collegio*. quod eſt licitum collegium: vt infra de iure immu. leg. ſi.

t *Optimus*. quo verbo liberum tantùm legat: vt.s̄.tit.ij. le. ſeruo legato.§. ſi fundus. Accurſius.

u *Defixa*. id eſt quæ non fixa ſunt: quia ſic defierunt, ſecundùm Hug. ſic.s̄. de vſufru.l. ſed ſi quid. in princip.

*Non eſſet*

a *Non eſſet*. obſcurè reſpon.ſed dic quòd ſupra nominata non videntur legata : quia fundi nihil eſt, niſi quod intra ſe affixum ſit: vt ſupra de actio.empt.l.fundi. in princip.& infra de ſup. leg. l. fina. ſed ſi dixiſſet inſtrumentum, vel cum inſtrumento, continerentur inſtrumenta fundi prædicta, & patrisfamiliâs: vt infra de fund.iſtru.& inſtru.leg. l.quæſitum.§.j. &.§.ſed ſi fundus. ſed ſimpliciter legato nequaquam, vt dixi:vt infra de fund inſtru.& inſtru. leg.l.ij. §.j.Accurſius. A

b *Ex parte*. ſic per omnia ſupra eod.l. pater.§. fina. Sed contra.ſ. eo.l. Iulianus.§. ex his. Solu. in.l.pater.in fi.

De hoc genere loquēdi vide Vlp. in fragm. tit.14.

I*S qui complures*.] CASVS. Titius habens quatuor libertos,tribus ex his fundum Titianū legauit: & ab eis tribus petiit vt curarent ne de nomine ſuo exiret dictus fundus.mortuo Titio habuerūt tres liberti dictū fundum.poſtea vnus ex his tribus decedens volebat relinquere partem ſuā dicti ſundi quarto colliberto cui nihil de dicto fundo fuerat legatū, & nō illis qui erāt ſibi cōiuncti in legato, vel alicui eorum. certè dicitur ꝙ bene poteſt hoc facere: niſi Titi⁹ teſtator aliud ſenſit, & hoc appareat, Sed quid ſi dict⁹ libertus decedens non reliquit ſuam patrem dicti fundi alicui de tribus collibertis ſuis, ſed cuidam extraneo? certè omnes tres dicti colliberti ſimul & æqualiter poſſunt petere à dicto extraneo.Viuianus.

ſunt,item granaria legata eſſent. Reſpondit, non rectè peti quod legatum non eſſet. a

Verba inſtitutionis directa ad alium non ad eum qui inſtituitur, habent vim fideicommiſſi. Bartolus.

Ex parte b dimidia herede inſtituto per præceptionem * fundum legauit, & ab eo ita petiit: *Peto vti velis coheredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem amplius te recipere iuſſi, Clodium Verum nepotem meum,cognatum tuum.* Quæro,an pars fundi ex cauſa fideicommiſſi nepoti deberetur. Reſpondit deberi.

Appellatione familiæ continentur etiam qui à teſtatore non ſunt nominati.Barto.

XCIIII. VALENS *libro ſecundo Fideicommiſſorum*.

IS qui complures c libertos relinquebat, tribus ex his fundum legauerat,& petierat vt curarent ne de nomine ſuo d exiret. Quærebat ex tribus qui primus moriebatur, vtrum vtrique, vel alteri ex his qui ſibi in legato coniuncti eſſent, relinquere partem ſuam deberet: an poſſit vel alij conliberto e ſuo eam relinquere. Placuit, etſi voluntatis quæſtio eſſet, ſatis illum facturum f & ſi alij g reliquiſſet. quòd ſi nulli dediſſet: occupantis, an omnium conlibertorum,& num eorum tantum quibus pariter legatum eſſet, petitio fideicommiſſi eſſet, dubitabatur. Et Iulianus rectè omnibus h deberi putauit.

c *Is qui cum plures*. puta quatuor.
d *Nomine ſuo*. id eſt familia ſua:vel dic,libertorum.
e *Alij colliberto*. non nominato.
f *Facturum*. ſcilicet voluntate teſtatoris.
g *Alij*. ſcilicet non nominato.Accurſius.
h *Omnibus*. non occupanti, & non nominatis tantum . nam non ſunt coniuncti ex quo ſemel habuerūt:ſecus in vſufructu, qui etiā poſtea accreſcit:vt ſupra de vſufruct. accreſcen. l.j.§. fina. Item & hoc verum,ſi omnes volunt.omnes enim ſunt pariter proximi patrono:& ideò alter alteri non eſt præferendus:vt ſupra titu.j. l.peto.§.fratre.Accurſius.

Q*Viſquis*.] CASVS. Inſtitui mihi Titium & Seium heredes,& ita poſtea dixi,Quiſquis mihi heres erit, damnas eſto dare, fideique eius committo vti det quantas ſummas dictauero & dedero aliquibus.poſt hæc verba reliqui prædia quædam quibuſdā, & quibuſdam reliqui mancipia,& quibuſdam veſtem & argentū. nunquid dictæ res corporales aliquibus legatæ continentur ſub dictis meis verbis, Quiſquis mihi heres erit & cætera, vt & ipſæ debeantur,quamuis non videntur eſſe in eis quātitas vel ſumma? Et dicitur quòd ſic.nam dictum verbum, quantas, quod poſui inter verba mea,non pertinet tantùm ad numeratam pecuniam,ſed etiam ad corpora:& hoc poteſt ſumi argumento dotis legatæ vxori per maritum,& argumēto ſtipulationis quæ interponi ſolet inter venditorem & emptorem alicuius hereditatis. nam ſi maritus leget vxori tantam ſummam quantam in dotem ab ea accepit, nō ſolùm pecunia numerata,ſed & cæteræ res etiam corporales continentur:vt infra de dote præleg.l. vxori meæ. Item ſi vendo tibi aliquam hereditatem, & interponitur inter me & te illa ſtipulatio quæ ſolet interponi hoc modo,quia ego venditor promitto tibi emptori quòd quanta ſumma perueniet ad me ex dicta hereditate quam tibi vendo,tibi reſtituam:non ſolùm cōtinetur pecunia numerata,ſed etiam aliæ res corporales de dicta hereditate quæ ad me venditorem peruenerint poſtquam tibi vendidit : vt habes hîc, & infra de verborum ſignificatione.l.cùm ſtipulamur.& ſupra de hereditat.vel actio.vend.l. venditor. ſi ergo eſt ita in legato dotis, & in ſtipulatione hereditatis venditæ, vt dictum eſt, bene debet eſſe idem in noſtro caſu. Item & verbum,ſummas,quod poſui ego teſtator inter dicta mea verba, quiſquis mihi heres erit & cætera, debet ſimiliter accipi ſicut dictum eſt accipiendum verbum quantas : ſicut oſtenſum eſt in dictis argumentis, ſcilicet dotis prælegatæ, & ſtipulationis venditæ hereditatis. Eſt & tertium argumentum ad probandum quòd dicta verba, quantas ſummas & cętera,pertineant non ſolùm ad numeratam pecuniam,ſed etiā ad corpora poſtea legata. non enim eſt veriſimile ꝙ ego teſtator legaſſem corpora aliqua poſtquam dixi illa verba, quiſquis mihi heres erit,& cætera: niſi voluiſſem etiam corpora poſtea legata ſub dictis verbis contineri.& hoc dicit.Viuianus.

B

Verbum,quanta : & verbum, ſumma,referuntur etiam ad corpora.Bartolus.

XCV. MARCIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum*.

QVifquis mihi heres erit, damnas eſto dare,fideique eius committo vti det quantas ſummas dictauero i, dedero. Ariſtores quoque corporales k contineri ait : vt prædia, mancipia, veſtem, argentum: quia & hoc verbum *quantas*, non ad numeratam dumtaxat pecuniam referri, ex dotis l relegatione & C ſtipulationibus emptæ m hereditatis apparet:& ſummæ appellatio ſimiliter accipi n deberet, vt o in his argumentis p quæ relata eſſent, oſtenditur. voluntatem præterea defuncti, quæ maximè in fideicommiſſis valeret, ei ſententiæ q ſuffragari. neque enim poſt eam præfationem adiecturum r teſtatorem fuiſſe res corporales, ſi dumtaxat pe-

i *Dictauero*. ſcilicet in futuro : vt infra in fine legis.ſecus ſi primò dedit, & poſtea hanc additionem ponat : vt ſupra titulo. ij. l. talis. in princip.& in fine huius l.innuit.
k *Corporales*. relictas poſt dictam præfationem.Accurſius.
l *Ex dotis*. puta dixit D vir,vxori meæ tantam ſummam quantam in dotem accepi ab ea, ei do lego.nam non ſolùm pecunia numerata, ſed etiam aliæ res continentur.& eſt ad hoc infra de dote prælega.l.vxori meæ.
m *Emptæ hereditatis*.de qua dic vt infra de verb.ſignifica.l.cùm ſtipulamur.& ſupra de pecu.l.ſi creditor. in princip. & ſupra de hered.vend.l.venditor.Accurſius.
n *Accipi*. in præfata propoſitione,ſcilicet,vt pertineat etiā ad alias res præter pecuniam numeratam.Accurſius.
o *Vt*. id eſt ſicut.
p *Argumentis*. de dote & hereditate.
q *Ei ſententiæ*. vt ſummæ appellatione corpora contineantur. & nota voluntatem circa fideicommiſſum,vt.ſ.titu.ij.l.penul.
r *Adiecturum*. ex poſteriore ergo ſcriptura intelligitur prima. ſic ſ.e.l.nummis.in fi.& ad hoc quòd propter volūtatem verba protrahantur,facit.ꝗ.de ſupel.l.Labeo. Poſterioribus priora declarātur.

E S*I Titius*.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium & Gaium, & rogaui Titium prædictum vt reſtitueret hereditatem Mæuio, & poſtea rogaui Gaium vt reſtitueret prędicto Titio coheredi ſuo ſuam partem hereditatis meæ,vel etiam dimidiam ſuæ partis,non facio vim.poſtea Gaius ex fideicommiſſo reſtituit Titio ſuam partem,vel dimidiam ſuæ partis.petit modò Mæuius à Titio partem hereditatis Titij ex fideicommiſſo,& etiam illud quod reſtituit Titio Gaius ſuus coheres.certè dicitur hîc quòd illud quod reſtituit Gaius Titio,non poteſt à Titio petere Mæuius : quia in hoc caſu non continetur appellatione hereditatis legatum vel fideicommiſſum relictum Titio à Gaio coherede ſuo:quia eo tempore quo rogaui Titium de reſtituendo Mæuio hereditate , non rogaueram adhuc Gaium de reſtituenda ſua parte Titio per fideicommiſſum: vnde non eſt veriſimile quòd rogem Titium de eo reſtituendo Mæuio quod adhuc eidem Titio non reliqui. hoc dicit hæc.l. Viuianus.

a *Ex parte*. puta dimidia. Accurſius.
b *Hereditatem*. ita his verbis: rogo te Titium vt Mæuio hereditatem reſtituas. qui Mæuius non erat heres in aliquo.
c *Coheres*. puta Gaius qui in alia dimidia erat heres.
d *Partis partem*. de dimidia ſuæ partis intelligitur, niſi dixerat aliud: vt infra de verbo. ſignifica. l. nomen filiarum.§.j.
e *Reſtituere*. per fideicommiſſum.
f *Non debere*. imò videtur quòd ſic: vt. C. de fideicommiſ. l. cùm virum. quæ eſt cõtra. Sed diſtingue vt ibi not. per l.infra ad Trebel.l.Marcellus. & ad legem Falcidiam.le. Titia. & facit ſupra eodem.l. Sextiliã. & ſupra titu.j.l. miles.§. fina.

O*ſidius*.] CASVS. Quidam nomine Oſidius inſtituit ſibi heredem filiam ſuã Valerianam: & cuidam ſuo actori ſiue caſtaldo, qui vocabatur Antiochus, dedit libertatem, & legauit eidem Antiocho prædium Titianum & Seianum, & peculium ſuum Antiochi, & reliqua ſua Antiochi, & aliorum colonorum reliqua qui coloni erant in dictis fũdis. Mortuo dicto Oſidio teſtatore Antioch⁹ legatarius petebat coram præſide à Valeriana herede in quadam ſua ſcriptura ſiue libello illa reliqua quæ exegit teſtator viuus exiſtens ab ipſo Antiocho, & ab aliis colonis. Item in eadem ſcriptura dicebat ſibi deberi omnia ea quorum rationem reddere debebat dictus Antiochus cùm erat caſtaldus domino ſuo Oſidio, ſcilicet frumenti & vini & cæterarum rerum: quæ quidem omnia apud eum Antiochum in dictis prædiis in conditio habuerat dictus Oſidius paterfami. & dicebat dictus Antiochus in dicto ſuo libello omnia prędicta eſſe de reliquis ſibi legatis à domino ſuo Oſidio. Valeriana autem heres ipſum prædicta habere non debere dicebat. præſes tulit ſententiam contra heredem, & in ea dixit quòd Antiochus deberet habere omnia prædia prędicta quæ petiit in libello ſuo. Valeriana autem heres appellauit ad imperatorem, & exiſtens nunc in cauſa appellationis coram imperatore allegauit Valeriana heres reliqua colonorum prædicta quæ exegit Oſidius à colonis, ab eo Antiocho non poſſe peti: nec etiam propria Antiochi reliqua quæ ſimiliter exegit Oſidius ab Antiocho, vt dictum eſt. Item allegabat Valeriana cauſam eorum quæ in condito eſſent, ſcilicet frumenti & vini, & aliorum quæ dicta ſunt, diuerſam eſſe à legato, id eſt non contineri in legato prædicto relicto Antiocho per Oſidium: & ita dicebat Valeriana heres vtraq; reliqua prædicta Antiochum iniuſtè petiiſſe in libello ſuo, ac multo iniuſtius prædicta quæ erant in condito. Ex aduerſo dixit Antiochus legatarius: domine, ſicut præſes pronuntiauit, ita debet firmum ſtare: imò peto à vobis etiam pluſquam præſes pronuntiauerit. nam peto vt faciatis mihi dari quædam reliqua quæ Valeriana exegit à dictis colonis poſt mortem Oſidij teſtatoris. Dixit imperator Antiocho legatario: pone in condito centies centum aureos eſſe, quos in vſum ſuum ſolebat ſumere Oſidius teſtator: diceres tu totum quod eſſet conditum & relictum in arca, deberi tibi, id eſt omnes centum aureos? certè malè diceres. vndè placet mihi, & ita iudico bene appellatum à Valeriana, & malè pronuntiatum pro te. dico tamen quòd ea reliqua quæ exegit Valeriana à colonis poſt mortem Oſidij, reſtituentur tibi. cùm ergo legauit Oſidius Antiocho caſtaldo ſuo reliqua ſua, & aliorum colonorum, vult imperator quòd intelligatur de reliquis quæ remanſerunt penes eum, & alios colonos poſt mortem ipſius Oſidij, & de his reliquis quæ exegit heres Oſidij poſt mortem Oſidij: non autem de his reliquis quæ exegit ab Antiocho & aliis colonis dictus Oſidius in vita ſua poſt teſtamentum factum, nec etiam de dictis conditis in arca apud dictum Antiochum per Oſidium. & ſic eſt plana. Viuianus.

cuniam numeratam pręſtari voluiſſet.

Appellatione hereditatis non continentur legata & fideicommiſſa. Bartolus.

XCVI. GAIVS *libro ſecundo fideicommiſſorum.*

SI Titius ex parte[a] heres rogatus ſit Mæuio hereditatẽ[b] reſtituere, & rurſus Titio coheres[c] eius rogatus ſit partẽ ſuã, aut partis partem[d] reſtituere:[e] an hanc quoq; partẽ quam à coherede ex fideicõmiſſo recepit, Titius reſtituere Mæuio debeat. Diuus Antoninus conſultus reſcripſit non debere[f] reſtituere: quia hereditatis appellatione neq; legata neque fideicõmiſſa continentur.

Appellatione reliquorum non continetur pecunia iam exacta, vel quæ vſibus patrisfamiliâs eſt diſpoſita. Bartolus.

XCVII. PAVLVS *libro ſecundo Decretorum.*

OSidius quidam inſtituta filia Valeriana herede, actori[g] ſuo Antiocho data libertate, prædia certa, & peculium, & reliqua[h] relegauerat tam ſua, quàm colonorũ.[i] Legatarius[k] proferebat[l] manu[m] patrisfamiliæ reliquatum,[n] & tam ſuo quàm colonorum nomine. Item in eadem ſcriptura[o] adiectum in hunc modum, *Item quorum* B *rationem reddere debeat, ſcilicet quæ in condito*[p] *habuerat paterfamiliæ frumenti, vini, & cæterarum rerum.*[q] quæ[r] ab ipſa[ſ] libertus petebat, & ex reliquis eſſe dicebat: & apud præſidem obtinuerat.[t] Ex diuerſo[u] cùm diceretur,[x] reliqua colonorum ab eo[y] non peti,[z] nec propria: diuerſam autem[a] cauſam eſſe eorum quæ in conditio[b] eſſent: Imperator[c] interrogauit partem legatarij, quærendi cauC ſa: Pone, inquit, in conditio centies* aureorum[d] eſſe, quæ in vſum[e] ſumi ſolerent: diceres totum quod eſſet relictum in arca,[f] deberi?[g] Et pla-

A g *Actori*. id eſt villico ſeruo qui vocabatur Antiochus.
h *Reliqua*. quo nomine tam in horreis penes ſe Antiochum repoſita antequam fieret teſtamentum, quàm poſt ex reliquis iſtis exacta, & ſic deſierunt eſſe reliqua, ad ſe pertinere dicebat iſte libertinus, ſed perperam. Rogerius.
i *Colonorum*. quos habebat ſeruus hic in peculio. R. vel dominus. & qui ſint, dic vt ſupra eodem.l. prædiis. in princip. & ſupra titu.j.l.Lucius. in princ.
k *Legatarius*. ſcilicet libertus. & ſiue habeas manu, ſiue manũ, quia teſtator ſua manu ſcripſit: itẽ ſiue habeas reliquatũ, ſiue reliquorũ.ſ. legatum: bene eſt.
l *Proferebat*. i. dicebat in libello cõuentionali.
m *Manu*. aliàs manum. Accurſius.
n *Reliquatum*. aliàs manum reliquorum: aliàs manu reliquatorũ: aliàs reliqua eorum.
o *Eadem ſcriptura*. ſcilicet libelli conuentionalis dati à liberto hoc modo. Itẽ petebat, qđ eſt infra, reliqua eorum quorum rationem reddere debet, ſcilicet vini & cæterarum rerum, & cætera. quod eſt infra dicebat enim, de his debeo rationem reddere. at ſub redditione rationis etiam redditio reliquorum continetur: vt.j̃.de condit.& demonſtra.l.cum ſeruus.reliqua autem ei Antiocho legauit Oſidius. vel dic, ſcriptura teſtamenti. nam hæc verba ſunt teſtatoris: Item eorum reliqua lego quorum rationem reddere debet. Sed ea quæ ſequuntur, ſcilicet quæ in condito &c.nõ ſunt teſtatoris verba, ſed liberti petentis: & ſecundũ hoc dictionem, quæ, infra poſitam repetit, quaſi oblitus de primo quæ. ſed lectura prima planior eſt, & coniuge, ſcilicet vini &c. Alij, vt.R. hos genitiuos pro accuſatiuis ponunt.

* Sic Flor. vbi tamẽ inter verſiculos addita eſt N.litera, vt ſit CENTIENS. Ant. Aug. li. 2.c.6. Rectè autẽ Haloãder ait intelligi centies centena millia, ſecundũ Bud. & Portium & Ant. Aug.

D p *In condito*. aliàs in credito. i. in depoſito apud Antiochum pro ſua villicatione, ſcilicet penu & hortis ad ſuam adminiſtrationem pertinentibus. vel.i. in penu vſui ſuo habuit, ſcilicet Oſidius.
q *Rerum*. quæ ex reliquis exierant in vita domini, & vſui domini eſſe cœperant. ea enim ſola reliquorum nomine[a] videntur quæ dominus in vſum ſuum non retinuit, ſed apud colonos remanent: & probatur hoc etiam infra ibi, pone inquit &c.

a] Adde φ reliquorum appellatiõe licèt non veniat pecunia iam exacta vel depoſita: vt per Bart. hîc in princ. venit tamen liberratio num: vt per eundẽ in.l. ſi ita.1.§.quęſtio.j̃. de manu.teſt.

r *Quæ*. ſcilicet omnia petebat libertus.
ſ *Ab ipſa*. ſcilicet Valeriana.
t *Obtinuerat*. & appellatum fuerat. Accurſius.
u *Ex diuerſo*. ſcilicet à parte filiæ.
x *Contradicebatur*. liberto.
y *Ab eo*. actiuè & dic, à liberto.
z *Non peti*. ſcilicet poſſe. & ſic ſi habet duo, non iuſtè petit, multò iniuſtius quę ſunt in condito. ſed falſa eſt poſitio. Vel verius petẽ- E do quę ſunt in condito, non petis reliqua tua vel colonorum: quia in iſtis non reſiſterem.
a *Autem*. pro quia: vel autem, ponitur pro certè. & fiebat hæc allegatio in cauſa appellationis.
b *In condito*. aliàs in condito: & bene, id eſt in depoſito: aliàs credito, & pro eodem ſecundũ Hug. nam qui deponit, credit & cõfidit depoſitario, & erat conditum apud Antiochum.
c *Imperator*. de appellatione cognoſcens.
d *Aureos*. aliàs aureorum, ſcilicet ſummam.
e *Vſum*. ſcilicet Oſidij. Et not. hîc quòd iudex poteſt opponere partibus: vt hîc, & ſupra de iis quæ in teſta. delen.l. proximè. &.l Antoninus. ibi, Cæſar dixit, & ſilentium imponere, vt ibi ſubiicit in.l. proxi. & de iure ſupplere, & de facto quandoque: vt.C.vt quę deſunt aduoc.par.l.j.
f *In arca*. apud Antiochum.
g *Deberi*. ſcilicet ei liberto. quaſi diceret, non.

a *Placuit.* imperatori:quoniam obiectioni legatarius rationabiliter non voluit reſpondere.

b *Appellaſſe.* heredem:& ſic reſciſſa fuit ſententia præſidis.Et not. iudici appellationis ſufficere ſi dicat,pronuntio rectè appellatum. licet fortè ſecus ſi prima ſententia fuit abſolutoria:vt not.C.de appella.l.eos.in princip.

c *Suggeſtum eſt.* poſt caſſatam priorem ſententiam.

d *Exacta.*per heredem.

e *Legatario.* quia hoc in reliquis manſit, nec à patrefamilias, nec principis iudicio fuit ademptum. ſecus autem ſi ipſe paterfamilias viuus exegiſſet: vt ſupra hac. l. colligitur, & ſupra eod.l. prædiis. in princip.& ſupra titu. j.l.Lucius.in princip. & ſupra de lega.j.l. ſi ſic.§. j.in fi.& arg.j.de lib.le. l.ij.in fi.

cuit[a] rectè appellaſſe.[b] A parte legatarij ſuggeſtum eſt, [c] quædā à colonis poſt mortem patrisfamiliæ exacta. [d] Reſpondit,hoc quod poſt mortem exactum fuiſſet,reddendum eſſe legatario.[e]

Indefinita æquipollet vniuerſali.Bartolus.

XCVIII. IDEM *libro ſingulari de Forma teſtamenti.*

SI plures gradus [f] ſint heredum, † & ſcriptum ſit, *Heres meus dato*: ad omnes gradus hic ſermo pertinet,ſicuti hæc verba: *Quiſquis mihi heres erit.* Itaque ſi quis velit non omnes heredes legatorũ præſtatione onerare, ſed aliquos ex his, nominatim damnare debet.[g]

† Huc pertinet exemplum quod in Topicis. M. Cicero proponit in loco à repugnantibus.

In vltimis voluntatibus illi dicuntur ſerui vrbani, quos teſtator vrbanorum numero habuit. Bartolus.

XCIX. IDEM *libro ſingulari de inſtrumenti ſignificatione.*

SEruis vrbanis legatis, quidā vrbana mancipia non loco,[h] ſed opere ſeparāt:vt licèt in prædiis ruſticis ſint, tamē ſi opus ruſticum non faciant, vrbani vidētur. Dicendum autem eſt quòd vrbani intellegendi ſunt quos paterfamilias inter vrbanos adnumerare ſolitus ſit. quod maximè ex libellis[i] familiæ,† item cibariis[k] deprehendi poterit. Venatores[l] & aucupes[m] vtrum in vrbanis, an in ruſticis contineantur, poteſt dubitari. Sed dicendum eſt, vbi paterfamilias moraretur, & hoc alebat, ibi

B eos numerari. Muliones de vrbano miniſterio[n] ſunt: niſi propter opus rureſtre teſtator eos deſtinatos habebat. Eum qui natus eſt ex ancilla vrbana, & miſſus in villam nutriendus: interim in neutris eſſe quidam putant.[o] Videamus ne in vrbanis eſſe intellegatur. quod magis placet. Seruis lecticariis legatis, ſi idem lecticarius ſit & cocus, accedet legato.[p]

† Gloſſ hîc exponit qui dicantur libelli familiæ.ſed quot modis ponitur,& quot habet ſignificata, vide in Spec.tit. de libell.§.j. & Rog. in ſum. de libellis.

C Generi per ſpeciem derogatur: & quod in duabus ſpeciebus reperitur, inter legatarios diuerſarum ſpecierum communicatur.Bartolus.

Si alij[q] vernæ,alij curſores[r] legati ſunt: ſi quidam & vernæ & curſores ſint, curſoribus cedent.[ſ] Semper enim ſpecies[t] generi derogat.[u] ſi in ſpecie aut in genere vtrique[x] ſint:

SI *plures.*] CASVS. Inſtitui mihi heredes Titium & Seium, & eis ſubſtitui Gaium & Sempronium,& poſtea ita ſcripſi, heres meus dato Mæuio. c. certè & inſtituti & ſubſtituti tenentur ad hoc legatum. & idem eſſet ſi ita dixiſſem retento eodem caſu: inſtituti dent Mæuio. c. illi ſoli tenebuntur. & idem ſi dixiſſem, ſubſtituti dent Mæuio.c. nam ſoli ſubſtituti tenebuntur. & idem ſi dixiſſem,Titius & Seius dent Mæuio.c. & ita Gaius & Sēpronius dent Mæuio centum, quia nominatim ab eis legatum eſt. Viuianus.

f *Si plures gradus.* inſtituti & ſubſtituti.

g *Debet.* & tenentur illi,& non alij:vt.s.titu.ij l. Celſus.§.pe.& fi. & facit.s.tit.ij.turpia.§.fi.&.l.ſi heredes.&.s.eo.l.nominatim.

SEruis.] CASVS. Legaui Titio ſeruos meos vrbanos. quæritur, qui ſerui appellatione vrbanorum contineantur? Et dicitur ꝙ illi continentur quos ego inter vrbanos annumerare ſum ſolitus: quod poteſt deprehēdi & intelligi, quia dabam eis cibaria cũ illis de vrbe.ſed & ſerui venatores & aucupes cōtinentur, ſi ego continebam & habebam eos in vrbe,& non aliàs. Item & continentur ſerui muliones, niſi ego habebam eos cauſa rureſtris operis. Item & continetur ille ſeruus qui natus eſt ex ancilla mea vrbana, quāuis ſit miſſus ad villam cauſa nutriendi. [SERVIS LECTICARIIS.] Legaui Titio ſeruos meos habentes artificium faciendi lectos,nunquid continebitur legato Titius ſeruus meus qui eſt lecticarius,& habet officium coci?Et dicitur ꝙ ſic. [SI ALII.] Habebā multos ſeruos vernas,id eſt natos ex ancillis meis, qui ſerui nō erant curſores:& habebam multos alios ſeruos qui habebant officium currendi ad pallium:qui curſores non erant nati ex ancillis meis,imò eos emeram aliunde: & habebā quoſdam alios qui erāt vernæ & curſores.legaui Titio omnes ſeruos meos vernas, & Seio legaui omnes curſores.quæritur, cuius legato cedant illi ſerui qui erant vernæ ſimul & curſores?Et dicitur quòd cedunt legato Seij cui omnes curſores legati ſunt.Sed quare magis Seio quàm Titio? Reſpon.quia in dictis ſeruis qui erant vernæ ſimul & curſores,cōtinebatur genus,quia erant vernæ. & ſpecies, quia erant curſores. ſemper autem ſpecies derogat generi. Sed pone quòd vnus ſeruus eſt in ſpecie tantùm, id eſt curſor: & duobus curſores legati ſunt: puta Titio & Seio.certè concurrent Titius & Seius in legato dicti curſoris,& quilibet eorum habebit in eo dimidiam: niſi appareat aliud me teſtatorem ſenſiſſe.& propter hoc dicit, plerumque. vel pone quod vnus ſeruus eſt in genere tantum,id eſt verna:& Titio & Seio ſunt vernæ legati.certè eodem modo concurrent in legato vernæ:vt dixi in legato curſoris. Viuianus.

h *Non loco.* ſic.C.de prædiis mi.ſi prædium.&.j.de ſup.leg.l.quēadmodum.Item facit.j.de fun.inſtru.l.quæſitum.§.Alphenus.

i *Ex libellis.* id eſt panibus albis:quo pane non vtuntur ruſtici:ſed groſſo.ſic.C.de epiſco.audien.l.iudices.

k *Cibariis.*ſcilicet aliis: nam non vtitur familia ruſtica pullis, vel aliis delicatis cibariis: ſed caſeo,cepis & fabis. Accurſius.

Cibaria ruſticorum.

l *Venatores.* ferarum. Accurſius.

m *Aucupes.* auium.

n *Miniſterio ſunt.* ſupra eo.l.cũ quæreretur. cōtra Solu.vt ibi.

o *Putant.* & malè: vt ſubiicit. & facit. j. de verb.ſign.l.vrbana.&.l. is qui natus.

p *Legato.* ſupra eo.l.legatis ſeruis.§.j. & quod ibi not.

q *Si alij vernæ.*verna dicitur domeſticus ex ancilla natus in domo: vt inſtit.de leg.§.huic proxima.

Verna quis dicitur.

r *Curſores.* nulli vernæ ſunt curſores tantum: imò omnis curſor erat verna: ſed nō ecōtra omnis verna erat curſor.

ſ *Cedent.* ſcilicet legato curſorum:& cōtinebũtur illi qui ſunt vernæ & curſores.

t *Species.* ſpecies vocat contentum, vt curſores ſub vernis continentur: genus vocat continens, ſicut vernas qui continent curſores.

u *Derogat.* vt.j. de reg. iur.l.in toto.&.s. eod.l. vxorem. §. fœliciſſimo. &.j.de manumiſ. teſta. l. ſi peculium. in princ. &.j.de tri.lega.l.ij.in principio.& de pecu.lega.l.ſeruo.

x *Vtrique.*id eſt iſti & illi habent ſuam ſpeciē,vel ſuum genus:quia iſti non continentur ſub vernis,nec illi ſub curſoribus: imò quidā

D ſunt curſores tantum,& non vernæ.alij vernæ tantum, & nō curſores:& alij curſores ſunt & vernæ: & ſecũdum hoc communicabuntur,ſcilicet ſerui qui ſunt vernæ & curſores,inter eum cui ſunt legati vernę,& illum cui ſunt legati curſores.vel dic,ſi in ſpecie ſcilicet eadem,vel in genere eodem modo vtrique ſunt: quia omnis curſor ſit verna, omníſque verna ſit curſor, & ſecundum hoc cōmunicabuntur,ſcilicet omnes ſerui inter eum cui curſores, & eum cui vernæ ſunt legati. Plerunque autem ideò dicit, quia ſi curſore aliquo inter vernas teſtator vtebatur,cederet legato vernarum:& econtra ſi aliquo verna inter curſores,cederet legato curſorum:vt s.eo.l.legatis ſeruis.§.j.vel ideò,quia ſi teſtator expreſſerit quos vernarum numero,& quos curſorum numero intelligebat, ſic erit vt s.eo.l.non aliter.aliquo autem non apparente erunt communes:vt hîc,&.s.de lega.j.l.Titiæ.in princ.

HEres meus.] CASVS. Inſtitui mihi Seium heredem:& ita dixi, Heres meus damnas ſiue damnatus eſto reddere ſeruũ meũ

E Stichum Lucio Titio.vel ita dixi, Heres meus Stichũ reddito Lucio Titio.Certè poterit petere Lucius Titius Stichũ, quamuis nũquam ſuus fuerit: quia verbum reddēdi, habet in ſe ſignificationē dandi.[DVÆ STATVÆ.]Habebā ſex ſtatuas marmoreas.itē habebam multum aliud marmor. legaui Titio duas ſtatuas marmoreas.item legaui eidem omne meũ marmor. nunquid poterit petere omnes ſex ſtatuas marmoreas? Et dicitur ꝙ non niſi duas legatas:quia cùm legaui ei ſpecialiter duas ſtatuas marmoreas. non videor velle quòd aliæ meæ quatuor ſtatuæ marmoreæ cōtineantur ſub nomine illius legati: quia ita dedi eidem,omne marmor meũ lego Titio,& cætera.Si enim voluiſſem legare dictas quatuor ſtatuasTitio,vel ſi voluiſſem eum eas habere:veriſimile eſt quòd ego legaſſem ei cùm aliis duabus.& hoc dixit Caſcellius & Labeo, & bene.Ofilius autē & Trebatius dixerũt cōtrarium,& malè.vel potes ponere quòd omne marmor legaui Seio. [VXORI MEÆ.]

Vxori meæ legaui veſtem muliebrē,& omnia ornamenta: & mūdum,& aurum,& argentū quod eius cauſa factum paratúmve eſſet. quæritur, nunquid omnis veſtis muliebris & omnia ornaméta & omnia quibus mundiores efficiuntur mulieres, videantur vxori meæ à me legata: an verò ea ſola quæ eius vxoris cauſa facta & parata eſſent? Et videtur quòd omnia: quia illa verba, quod eius cauſa factū paratumq́; eſt &c. ſunt appoſita tātum ad aurum & argētum. Dicitur tamen hîc ꝙ non tantū ad argentū & aurum videntur appoſita dicta verba: ſed etiam ad omnia alia ſupradicta, & ideò nō debetur vxori aliquid de ſupradictis niſi illud quod eius cauſa factum paratúmq́; eſſet [CVI CORINTHIA.] Habebā vaſa vitrea, & caſulas eorum vaſorum de palea vel panetis: & fuerāt facta illa vaſa & caſulæ in quodam loco qui nominabatur Corinthus. legaui Titio dicta vaſa. Certè cōtinentur legato etiam caſulæ prædictæ. Secus autem ſi ego teſtator habebā numero vaſorū dictas caſulas: puta qa ſunt æneæ. nam tunc non continebuntur legato vaſorum vitreorū: etiam ſi dicta vaſa vitrea ſolebant in eis reponi. [CVI TESTVDINEA.] Habebam lectos qui eranr facti in loco qui dicitur teſtudineus: & quidam ex eis lectis habebant pedes inargentatos, & quidam non. legaui teſtitudinea mea Titio. Certè continentur legato etiam lecti qui habent pedes argenteos. Viuianus.

plerumque communicabuntur.

Verbum reddendi, habet ſignificationem per ſe dandi. Barto.

C. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Poſterioribus Labeonis.*

H*Eres meus dānas eſto Lucio Titio Stichum ſeruum meū reddere.* vel ita: *Illū ſeruū meū illi reddito.* Caſcellius ait deberi: neq́; id Labeo improbat: quia qui reddere B iubetur, ſimul & dare iubetur. a

Si nominētur aliqua indiuidua ſpeciei cōtēta ſub genere, ad alia in eadem ſpecie cōtenta nō porrigitur illud genus. Barto.

Duæ ſtatuæ marmoreæ cuidā nominatim, item omne marmor erat legatum. b Nullam ſtatuam marmoream præter duas c Caſcelli⁹ putat d deberi: Ofilius, Trebatius cōtra. Labeo Caſcellij ſententiam probat. quod verū puto; quia duas ſtatuas legando poteſt videri non putaſſe e in marmore ſe ſtatuas legare.

Singulare vniuerſale poſitum neutraliter poteſt referri ad omnia præcedentia, cuiuſcunq́; generis vel numeri exiſtunt. Bart.

*Vxori meæ veſtē, mundū muliebrē, ornamenta omnia, aurum, argentum, quod eius cauſa factū paratumq́; eſſet omne do lego.* Trebatius hæc verba, *quod eius cauſa factū paratumq́; eſt*, ad aurum & argentum dumtaxat referri putat. f Proculus ad omnia. quod & verum eſt. g

Legatis vaſis non cedunt alia vaſa in quibus reponuntur: niſi ſint vilis materiæ. Barto.

Cui Corinthia h vaſa legata eſſent, & βάσεις i * quoque eorum vaſorum collocandorum cauſa paratas deberi Trebatius k reſpōdit. Labeo l autem id nō probat,

a *Iubetur.* niſi aliud appareat ex vſu teſtatoris, vel eius verbis, vel alio modo: vt no. ſ. tit. j. l. cū quidam. & . j. de fundo inſtruc. l. cùm de lanionis. §. aſinam. & ſic non obſt. ſ. titu. j. l. cùm pater. §. fideicommiſ. & . ſ. depoſi. l. j. §. eleganter. & facit. j, de verb. ſigni. l. verbum reddendi. & . j. de auro & argen. lega. l. qui vxori.

* pedamenta ſunt & ſuſtētacula ſiue imæ partes cuiuſque rei. Quidam baces legūt, alij abaces. hinc Calepinus probat orbiculos quibus in menſa vtimur rectè vocari baſes Vide Alc. li. 4 parer. c. 2. Aug. lib. 4. c. 16.

b *Legatum.* ſcilicet eidem.

c *Præter duas.* licèt plures ſint ſtatuæ, ſed tamen omne aliud marmor debetur.

d *Putat.* & bene, vt. ſ. e. l. quæſitum. §. illud. Vel dic quòd non eſt ratio quæ ibi redditur: quia hîc dixit, omne. ſed illa quæ ſtatim ſequitur, quia duas &c.

e *Non putaſſe.* ſcilicet teſtatorem. ſic ergo in cæteris videtur prohibere. ſic. ſ. de iudi. l. cum prætor. & . j. de ſup. lega. l. legata. & . j. de fundo inſtru. l. quæſitum. §. fina. & . j. de auro & argen. lega. l. j. in princ. & . l. Quintus.

f *Putat.* nudam & puram ſuperficiem ſecutus. R. nam ad proximū dictum tantum refertur: de quo dic vt. ſ. titu. ij. l. talis.

g *Verum eſt.* & ſic ſequentia minuunt omnium præcedentium ſignificationem. & facit. j. de ſup. leg. cùm quidam. & de aur. & argé. leg. l. cùm in teſtamento. & . j. de penu. leg. l. nam quod. in fi. & . j. de ali. lega. l. à filio. §. fina.

h *Cui Corinthia.* vitrea forſan à loco ſic dicta.

i *Βάσεις.* id eſt caſulas quaſdā in quibus collocabantur, vt ſubiicit. & incipit reſpon. ibi, βάσεις &c. aliàs eſt in litera, & baſes. & ſecundum hoc verba iſta non ſunt de reſponſione, ſed teſtatoris. prima verior.

k *Trebatius.* ſed minus bene.

ſi eas βάσεις teſtator numero vaſorum habuit. Proculus m verò rectè ait, ſi æneæ n quidē ſint, non autem Corinthiæ, † non deberi.

Principale trahit ad ſe acceſſorium, quanquam ſit pretioſius. Bartolus.

Cui teſtudinea legata eſſent, ei lectos o teſtudineos pedibus inargentatos deberi, Labeo, Trebatius reſponderunt. quod verū eſt.

Legatis prædiis teſtator nō videtur legare quæ ſibi ſunt obligata, niſi ex ceſſione debitoris ea habeat vt propria. Bartolus.

CI. SCÆVOLA *libro ſexto decimo Digeſtorum.*

QVi habebat in prouincia ex qua oriundus erat, propria prædia, & alia pignori ſibi data ob debita, codicillis ita ſcripſit p †: τῇ γλυκυτάτῃ μου πατρίδι βούλομαι εἰς C τὰ μέρη * αὐτῆς δοθῆναι. ἀφορίζω αὐτῇ χωρία πάντα ὅσα ἐν Συρίᾳ κέκτημαι, σὺν πᾶσιν τοῖς ἐνοῦσιν βοσκήμασιν, δούλοις, καρποῖς, ἀποθέτοις, † κατασκευαῖς * πάσαις. [id eſt: Suauiſſimæ patriæ meæ volo in partem ſuam dari, & ipſi ſeparatim adiudico prædia omnia quæcunque in Syria poſſideo, cum omnibus in eis exiſtentibus & pecoribus, & ſeruis, & fructibus, & vſu conſumptibilibus, & apparatu omD ni.] Quæſitum eſt, an etiam prædia quæ pignori habuit teſtator, patriæ ſuæ reliquiſſe videatur. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non videri q relicta: ſi modò in proprium patrimonium, quod ferè ceſſante r debitore fit, non ſint redacta. ſ

l *Labeo.* determinans quod dixerat Trebati⁹.

m *Proculus.* adiuuans ſententiam Labeonis & determinans.

n *Æneæ.* ſ. illæ. βάσεις & ſunt pretioſæ: vnde non debentur. ſi verò Corinthiæ. i. de vili materia, vt de palea vel herba paluſtri, quales venduntur Bonoñ. cum vitris & cū modiolis, ſic: vt. j. de vi. tri. & oleo. le. l. ſi cui. §. j. & . l. vinum. & l. vino.

† De Corinthio ære & vaſis Corinthiis pulchrè Nebriſ. in lexico ſuo iuris ciui. in dictione, Corinthium æs. vbi & locū hunc explicat.

o *Lectos.* quoſdam. vel à loco ſic dictos, vel quia facti erant ad modum teſtudinis. id eſt voltę lapideæ. & eſt animal teſtudo, quod habet duram teſtam vt lapideam, & concauam ſi remoueretur à carnib⁹. erat ergo fortè ita latū vt intus quis poſſet iacere. licèt ergo pedes argentei ſint poſiti, debētur. ſic infra de auro & argen. leg. l. pediculis. in princip.

Teſtudo quid ſit.

† Vide Alci. lib. Diſpun. 4. c. 18.

* id eſt ad conſeruāda ſua cōfinia.

† i. recondītis, inſtrumētis.

* id eſt apparatibus.

QVi habebat.] CASVS. Quidā qui morabatur in Lōbardia pone in Bononia, habebat in prouincia Syriæ ex qua oriundus erat, prædia Titianum & Seianum, quæ erāt ſua propria: & prędia Cornelianū & Sempronianū quæ acceperat in pignore pro. c. fecit iſte codicillos, & ita in eis ſcripſit: Volo dari ciuitati Bononiæ (quæ eſt mea dulciſſima patria) ad partes ſuas Bononiæ omnia prædia quæcunq́; in Syria habeo, ita vt nō ſit neceſſe ciuitati Bononiæ mittere procuratorē in Syriā, cum omnib⁹ pecoribus quæ ſunt in dictis prædiis, & cum ſeruis & fructibus depoſitis qui ſunt in dictis prædiis. Certè non videntur relicta dicta prædia quæ pignori habebat: niſi teſtator accepiſſet ea in ſolutum ceſſante debitore ſoluere. [PE- E TO FVNDVM.] Inſtitui mihi heredem Titium: & ita poſtea dixi, Peto dari alumnæ meæ fundum meum Titianum ita vt eſt. Certè mancipia quæ mortis meę tempore in eo fundo fuerunt, & omnia alia videor ei legaſſe, non autem reliqua colonorum dicti fundi. Viuianus.

p *Scripſit.* hîc ſequitur Gręcum cuius interpretatio incipit, patrię meę dulciſſi. & finitur ibi, quęſitum &c. Et no. cuilibet ſuam patriā dulciſſimam. ſic. ſ. de offi. pręfect. vrb. l. j. §. pen. Accurſius.

Patria eſt vnicuique dulciſſima.

q *Non videri relicta.* No. quod teſtator dixit, prędia mea dari volo. nō autem addidit vniuerſitatis ſignū ſcilicet omnia, ſecūdū R. ſed certè imò addidit, vt in tranſlatione Græci hîc facta. & facit. ſ. e. l. ſuos. & . j. de ſup. lega. l. legata. §. fina. & . j. de auro & argen. l. Quintus. §. argento. & . ſ. eo. l. Iulianus, in princ.

r *Ceſſante.* & fortè deſperante de liberatione.

ſ *Redacta.* quaſi ſcilicet conſenſu debitoris præſumpto tum ex penuria debitoris, tum propter cumulum vſurarum quæ omnem

debitoris

Fundo legato vti eſt, non cedũt reliqua colonorum. Bartolus.

*Peto fundum meum ita vti eſt, alũnæ meæ dari.* Quæſitum eſt, an fundo * & reliqua colonorũ, & mãcipia ſi qua mortis tempore in eo fundo fuerint, debeantur. Reſpõdit reliqua quidem colonorum non eſſe legata: cætera verò videri illis verbis *ita vti eſt*, data. [a] B

Si verbum poteſt ſe habere ad prætorium & futurum, ex coniũcta ſcriptura declaratur ad quod ſe habeat. Item præſentis vel prçteriti temporis verba reſtringuntur ad ea quę ſunt tempore teſtamenti. Bartolus.

CII. IDEM *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

HIs verbis legauit, *Vxori meæ lateralia* [b] * *mea viatoria*, [c] *& quidquid in his conditum* [d] *erit: quæ membranulis mea manu ſcriptis continebuntur, nec ea ſint exacta cùm moriar, licèt in rationes* [e] *meas tranſlata ſint, & cautiones ad actorem* [f] *meum tranſtulerim*. hic chirographa [g] debitorum & pecuniam, cum eſſet profecturus in vrbem, in lateralibus condidit, & * chirographis [h] exactis, [i] quàm pecunia erogata, [k] reuerſus in patriam poſt biennium, alia chirographa prædiorum quæ poſtea comparauerat, & pecuniam in lateralia condidit. Quęſitum eſt, an ea tãtùm videatur nomina ei legaſſe, quę poſtea reuerſus in hiſdem lateralibus condidit. Reſpõdit, ſecundum ea quæ proponerentur, non deberi [l] quæ mortis tempore * in his lateralibus eſſent, & mẽbranis manu eius ſcriptis continerentur.

In legato generali veniunt ea quę in inſtrumentis continentur. Bartolus.

Idem † quęſiit, an cum emptiones prædiorum in hiſdem lateralibus condiderat, [m] prædia quoque legato cedant. Reſpõdit, non quidem manifeſtè apparere quid de prædiis ſenſiſſet: verùm ſi ea mente emptiones ibi haberet, vt his legatariæ datis, ꝓprietas prædiorum præſtaretur: poſſe defendi prædia quoque deberi.

C Falſa demonſtratio non vitiat legatum. Bartolus.

Paterfamiliâs ita legauit: *Lances numero duas leues, quas de ſigillarib⁹* † *emi, dari volo.* is de ſigillaribus [n] leues quidem non emerat, lances autem emptas [o] habebat, & dictauerat teſtamentum antè triduum quàm moreretur. Quæſitum eſt, an hæ lances quas emptas de ſigillaribus habuit, legato cederent, cùm nullas [p] alias de ſigillaribus emerit, nec legauerit. [q]
D Reſpondit, ſecũdum ea quæ proponerentur, deberi eas quas de ſigillaribus emiſſet. [r]

debitoris ſpem abſtulerunt, ſecundum R. vel dic quòd hoc, ſcilicet vt in patrimonio redigatur creditoris, ferè fit, id eſt, vix fit debitore ceſſante. nam tunc poſtulabat creditor à principe poſſidere iure dominij: vt. C. de iure dot. impe. l. fina. & ſupra de pigne. actio. l. eleganter. in princip. & facit ad hoc quod hîc dicit infra de iure fiſci. l. ſed ſi accepto. ADDITIO Per iſtam gloſſam poteſt determinari quęſtio quam formant doctores, an ſi eſt prohibita alienatio, ſit prohibita pignoris obligatio? Diſtingue: Aut ſunt pignora obligata pro tãta pecunia quòd non eſt ſpes luitionis, & videtur prohibita obligatio: aliàs non. ita debet intelligi. l. quorum. ſupra de pign. & facit. l. legata. in fine. infra de ſup. leg. ſed in feudis eſt expreſſum quòd nullo modo licet obligare: vt cap. imperialem. §. fina. de prohi. feu. aliena. in vſi. feudo. ſecundũ Barto. hîc.

*fundum, vt. ſ. eo. l. 78. §. peto.

a *Data.* facit infra de fun. inſtruc. l. prædia. §. affini. & ſ. eod. l. quæſitum. §. peto. & §. prædia & ſupra eod. l. prædiis. §. j. Accurſius.

*l. pen.

HIs verbis.] CASVS. Ego Bononienſis vxori meæ legaui his verbis, Lego vxori meę lateralia mea quæ ſunt mea viatoria, id eſt vaſa quædam quæ portabam ad latus meum cũ ad aliquem locũ proficiſcebar: & quicquid in his viatoriis conditum fuerit. Item lego ei ea quæ continebũtur mẽbranulis manu mea ſcriptis, ſi non erunt exacta cùm moriar, licèt in rationes meas modò tranſlata ſint, & licèt cautiones ad actorem ſiue caſtaldum meum tranſtulerim. Facto teſtamento cùm eſſem profecturus ad vrbem Romam, condidi in dictis lateralibus chirographa debitorum meorum, &. c. libras Bononieñ. & ſteti Romæ per biennium: & ibi ſtando exegi dicta nomina condita in lateralibus quæ mecum portaui: & pecuniam exactam, & illa cẽtum quæ portaui in lateralibus, expendi. poſtea reuerſus fui Bononiam, & emi prædia: & chirographa emptionis quæ ſcripſi in membranulis manu mea, condidi in dictis lateralibus, & etiam alia centum, & poſtea deceſſi. modò quęritur, vtrum chirographa & pecunia quę inuenitur in lateralibus tẽpore mortis meæ, debeantur vxori meæ? Et dicitur quòd non. De dictis autem nominibus quæ exegi Romæ, & de dicta pecunia quam ibi expendi, non eſt dubium quòd non debentur vxori, quamuis portauerim Romæ in lateralibus: quia ego dixi in legãdo, nec ea ſint exacta cùm moriar, &c. quamuis hoc non dicatur in reſponſione quæ fit hîc. Sed quid ſi in dictis lateralibus condideram tempore teſtamenti mei chirographa emptionum prædiorum quæ emeram? Certè illa chirographa & prædia bene continentur in legato vxoris meæ prædicto, ſi ea mẽte chirographa prædicta habuit in dictis lateralibus, vt dictis lateralibus vxori meæ datis proprietas prædiorum prçſtaretur eidem. quamuis videretur aliquibus contrarium ex eo quòd in verbis legati dicunt non eſſe verba apta ad chirographa emptionum prædiorum, ſed ad chirographa debitorum. ſunt enim hæc verba ibi, vt dictũ eſt, nec ea ſint exacta cùm moriar, &c. ſed certè imò ſunt verba apta ad chirographa emptionum, illa ſcilicet, & quicquid in his conditum fuerit, &c. [PATERFAMILIAS.] Ego emeram à quibuſdam qui vocabantur ſigillarij, eo quòd faciebant ſigilla & A alia quæ faciunt artifices, duas ſcutellas argenteas graues. & magni ponderis. feci teſtamentum antè triduum quàm morerer: & ita in eo inter alia dixi, Volo dari Titio lances ſiue ſcutellas argenteas leues numero duas quas de ſigillaribus emi. modò quæritur, an hæ ſcutellæ debeantur Titio quas emi à ſigillaribus, licèt nullas leues ab eis emerim? Et dicitur quòd ſic. falſa enim demonſtraiio non vitiat legatum. [ALVMNO]. Titius inſtituit ſibi heredes Seiũ & Gaium, & Sempronio alumno ſuo dari per heredes ſuos præcepit his verbis, Sempronio alũno meo Stichum & Pãphilum ſeruos Martini comparari volo: & cùm per ętatem ſuam alumni licebit, eidem alumno militiam illam comparari volo cum introitu ipſius militiæ. & demonſtrauit heredibus ſuis certam militiam. & huic alũno omnia prædicta integra dari volo. poſtea tempore mortis teſtatoris inuenitur dictus Sempronius alũnus habere dictam militiam ex cauſa non lucratiua, ſcilicet emptionis. quæritur, nunquid poſſit conſequi ab heredibus iuſtum pretiũ dictæ militiæ, & id qđ pro introitu militiæ erogari ſolet? Et dicitur quòd ſic. ſed & ſi ita dixiſſet Titius teſtator: liberto meo Seio lego dictam militiam, & demonſtrauit certam, vt dixi, quam quidem militiam ipſe teſtator habebat. certè debent heredes ei dare nõ ſolùm militiã quam habebat teſtator, ſed etiam illud quod ſolet erogari pro habenda militia. Viuia.

*Sic Flor. & manuſcr. ſunt qui legendũ contendant, niſi quæ.

† De mortis tempore, & tempore teſtamenti, quod illorũ in legatis debeat inſpici, magna eſt diſceptatio inter doctores. decide per gl. & generaliter omnes in l. eũ qui. ff. de condi. & demon.

† al. Item, quæſitũ eſt.

† Eleganter hoc Scæuolæ reſponſum explicat Alexan. ab Alexan. lib. 3. Gen. die. cap. 4.

*ſubaudi, tam. Aug. li. 4. emen. c. 8.

b *Lateralia.* id eſt, vaſcula facta de terra.

c *Viatoria.* vaſa fortè quibus in itinere vtebatur. Accurſius.

d *Conditum.* aliàs conditum, id eſt repoſitum. & aliàs creditum: & tunc idem eſt ſenſus. Et not. quòd in hoc vaſe cõdita erat quædam priuata ſcriptura ſcripta manu patrisfamiliâs, in qua erant nomina debitorum, de quibus erant cautiones publicæ extra vaſa.

e *In rationes.* quia deſtinaret paterfami. hoc nomen deſtino tali ſumptui. & ſic de aliis.

f *Actorem.* id eſt, caſtaldionem.

g *Hic chirographa.* incipiunt verba iuriſconſulti: hucuſque fuerunt teſtatoris.

E h *Chirographis.* exegit ergo nomina, & pecuniam exactam poſuit in vaſe. Accurſius.

i *Exactis.* ſcilicet iſtis.

k *Erogata.* i. in vaſe depoſita. ſed. R. dicit hîc eſſe falſam literam.

l *Nõ deberi.* anterior ergo pecunia nõ debetur, quia fuit exacta: nec ſecũda, quia non erat tẽpore teſtamẽti: quod eſſe debet cũ dicitur, lateralia mea: & quia dixit, manu mea ſcriptis: vt. j. de au. & ar. le. l. ſi ita legatum. vel ideò hîc ſecunda non debetur, quia ad tẽpus fuit depoſita: quaſi iturus in vrbẽ: vt. ſ. eo. l. ſi chorus. §. j. & l. ſi ita. Acc.

m *Condiderat.* antè teſtamentum, ita quòd tempore teſtamenti e-rant ibi: aliàs ſecus: vt no. ſ. proxi. §.

n *De ſigillaribus.* nomen fortè generis: vel genus venditorum.

o *Emptas.* à ſigillaribus: puta graues.

p *Nullas.* ſcilicet leues.

q *Nec legauerit.* ſcilicet aliàs niſi leues.

r *Emiſſet.* aliàs ſi aliud dicas, nullum eſt legatum: quia de nullo

corpore certo conſiſtit legatum. falſa enim demonſtratio non nocet: vt infra de condi. & demon. l. demonſtratio. & inſti. eo. §. huic. & infra de auro & argen. leg. l. Quintus.

a *Militiam.* ſcilicet dari.

b *Cum introitu.* id eſt cum expenſa quæ fit in ingreſſu militiæ.

c *Integra.* ſcilicet comparari volo.

d *Poſſe.* etiam conſequi expēſam introitus. quædam enim expenduntur pro introitu militiæ: vt argu. in auth. vt iudi. ſine quo. ſuffrag. §. hęc autē omnia colla. ij. & facit. ſ. de neg. geſt. l. quæ vtiliter.

* Plin. ad Traianū, Supereſt ergo vt ipſe inſpicias an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes qui buleutæ leguntur, debeāt pro introitu dare.

e *Danda.* ſed contra. j. titu. ij. l. quæro. vbi huiuſmodi ſumptus non prętat heres. Solu. refert inter ſumptum qui fit vt habeatur legatum, & id præſtat heres etiā vſufruct. legato: vt. ſ. ſi vſusfruct. peta. l. j. §. j. & hic. an eo iam habito: & tunc nō, vt ibi. & de his dic vt ſupra titu. ij. le. apud. §. heres. & facit. ſ. de impen. l. neque.

**Si legatarius quod ſibi debet emi ab herede, emat: actionem habet ad pretium. Bartolus.**

Alumno præcepit militiam [a] his verbis: *Sempronio alumno meo illud, & illud. & cum per ætatem licebit, militiam illam cū introitu* [b] * *cōparari volo: huic quoque omnia integra* [c]. Quæſitū eſt, ſi Sempronius eam militiā ſibi cōparauerit: an pretium eius, ſed & id quod pro introitu erogari ſolet, ex cauſa fideicōmiſſi ab heredibus cōſequi poſſit. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, poſſe. [d]

**Si legatur res empta, pretium rei debet ſolui ab herede, non à legatario. Bartolus.**

Idem teſtator liberto militiam his verbis legauit, *Seio liberto meo militiam do lego illam.* quam militiam & teſtator habuit. Quæſitū eſt, an onera omnia & introitus militiæ ab herede ſint danda. Reſpondit danda. [e]

**Legata ab exheredati ſubſtituto non valēt, etiam ſi ad eum bona defuncti perueniant per mediam perſonam. Bartolus.**

SI *pater.*] CASVS. Titius habens filium impuberem, exheredauit eum, & inſtituit ſibi heredem Seium extraneum: & poſtea ita dixit: ſi filius meus impubes quem exheredaui, deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo ei dictum Seium meum heredem, & Gaium extraneum ſimiliter, quem Gaium non inſtituit: nec aliquid de ſuis bonis ei reliquit: & ab eodem Gaio multa legata reliquit quibuſdam. poſtea deceſſit dictus Titius teſtator, & poſtea deceſſit prædictus heres à Titio inſtitutus: & inſtituit ſibi heredem dictum filium teſtatoris impuberem. poſtea impubes heres factus dicti Seij deceſſit in pupillari ætate, & ſic Gaius ſubſtitutus ei, & non à Titio patre impuberis inſtitutus habet hereditatem tam impuberis quàm patris ſui. quæritur, vtrum teneatur hic Gaius pręſtare legata pręducta à ſe relicta? Et dicitur quòd non: quia hereditas patris ſcilicet Titij non peruenit directò ad filium Titij impuberem, quia fuit exheredatus: ſed per ſucceſſionem, quia ipſe impubes ſucceſſit dicto Seio inſtituto à patre impuberis. & idem eſſet multo magis ſi Titius inſtituiſſet vnum ſuum filium fratrem impuberis, & impuberem exheredaſſet, & ſubſtituiſſet impuberi quendam extraneum, puta Gaium: & ab eo Gaio reliquiſſet legata quibuſdam, & mortuo Titio frater inſtitutus inſtituiſſet ſibi heredem dictum impuberem, & poſtea impubes deceſſiſſet in pupillari ætate, & ſic habuiſſet Gaius hereditatem: quia non teneretur ſubſtitutus Gaius ſoluere legata à ſe relicta, quia non directò, ſed per ſucceſſionem ad filium impuberem hereditas patris peruenit. ſed & ſi inteſtato mortuo pręducto fratre impuberis ſucceſſit ei impubes retento eodem caſu, non tenetur ſubſtitutus impuberi præſtare legata à ſe relicta, & hoc propter eandem rationem. Vel aliter vt in gloſ.

Caſum ponit.

f *Si pater.* Teſtator Titium extraneum inſtituit heredem: filium pupillum exheredauit: & ei pupillariter Titium inſtitutum & Sempronium non inſtitutum ſubſtituit: à quibus ſubſtitutis reliquit legatum. tandem Titius deceſſit inſtituto pupillo prædicto: & pupillus deceſſit in pupillari ætate. vnde bona patris habuit filius, & tandem ſubſtitutus: & tamen dicit quòd non valet legatum: & redditur ratio. Item dicit, ſi dictus pater alium filium maiorem inſtituit, qui poſtea fratrem exheredatum inſtituit, vel ab inteſtato habuit eum pupillum heredem: ſicque bona patris ad pupillum, & per eum ad ſubſtitutum peruenerunt: tamen non valet relictum: vt hîc, & C. eo. l. cùm quidam. Sed quid erit de relictis à Titio dandis? Dicunt quidam aliud. ſ. vt valeant & præſtentur à ſubſtituto. Alij dixerunt idem quod hîc. & ſic fallit qd dicitur ſ. eo. l. ſi fuerit. quia ab herede heredis poteſt legari. Accurſius.

g *Plus.* id eſt non tantùm in extraneo, ſed & in fratre. q. d. hîc plus A tibi dico & in fratre &c. Vel dic plus. i. promptius. Accurſius.

h *Eius.* ſcilicet exheredati.

i *Bona fratris.* ſcilicet facta. quod ergo non valet à principio, non confirmatur ex poſt facto: vt infra de reg. iur. l. quod ab initio. & facit ad. l. ſ. titu. ij. l. antepe. & j. ad legem Falci. qui fundū. §. qui filio. & ſ. eo. l. ij. Accurſius.

CIII. IDEM *libro ſingulari Quæſtionum publicè tractatarum.*

SI pater [f] exheredato filio ſubſtituit † heredem extraneum, deinde ille extraneus hūc filium heredem inſtituit, & heres factus intra pubertatē decedat: puto à ſubſtituto ei filio omnino legata præſtari non debere: quia nō di- B rectò, ſed per ſucceſſionem ad filium hereditas patris peruenit. Plus [g] ego in fratre, qui cùm heres extitiſſet patri, exheredatum fratrem heredem inſtituit, accepi ſubſtitutū eius [h] legatum non debere: ac ne quidē ſi inteſtato fratri ſucceſſerit: quia nō principaliter, ſed per ſucceſſionē bona fratris [i] ad eum peruenerunt.

† Sic Flor. & omnib' ſcriptis & impreſſis. quidā tamen emendant, inſtituit.

**Quod operatur propoſitum in propoſito: operatur oppoſitū in oppoſito. Bartolus.**

Si filius [k] ex vncia heres inſtitu- C tus ſit, & ab eo legata data ſint, habeat † & ſubſtitutum: [l] deinde commiſſo edicto per alium filium, accepit partis dimidiæ bonorum poſſeſſionem ſubſtitutus eius: vtrum ex vncia legata præſtat, an verò ex ſemiſſe? [m]

*ſi filius.*] CASVS. Titium filium meum impuberem inſtitui mihi heredē in vna vncia, & ei pupillariter ſubſtitui Seium extraneum: & à dicto meo filio reliqui legata quibuſdam, quæ quidem videntur repetita tacitè à dicto ſuo ſubſtituto: & aliū meū filium emancipatū pręterij: qui emācipatus vocabatur Gaius: & quendam extraneum nomine Semproniū inſtitui mihi heredem in vndecim vnciis. vnde per pdicta apparet cōmiſſum eſſe edictum de contra tabulas per filium meū prędictum emancipatū præteritum, & taliter cōmiſſum dictum edictum, quòd non ſolùm ipſe emancipatus, ſed etiam frater ſuus impubes & heres in vncia inſtitutus poteſt petere bonorum poſſeſſionem cōtra tabulas meas. petiit ergo filius impubes bonorum poſſeſſionem contra tabulas: & ita factum eſt quòd dictus extraneus in. xj. vnciis inſtitutus eſt ab hereditate mea excluſus: & impubes & frater ſuus prædictus diuiſerūt hereditatem meam per medium inter ſe. poſtea deceſſit impubes in pupillari ętate, & ita medietas hereditatis meæ peruenit ad ſubſtitutum impuberis, id eſt ad Seium prędictum. Certè ſubſtitutus prædictus tenetur præſtare legata ab impubere relicta, nō pro vn- D cia tantùm in qua fuit inſtitutus impubes, ſed etiam pro medietate hereditatis quam habebat ex perſona impuberis mediante beneficio bonorū poſſeſſionis contra tabulas, ſcilicet illis legatariis qui ſunt de liberis vel parentibus meis teſtatoris, vel ſunt de aliis exceptuatis perſonis quæ ſunt numeratæ. j. de lega. præſt. bonorū poſſ. contra tabu. pe. l. j. ſed reliquis legatariis prętabit legata habito reſpectu ad vnciam tantùm in qua impubes inſtitutus fuit. Sed retento eodē caſu pone impuberem à me inſtitutum in. ix. vnciis, & dictum extraneum inſtitutum in tribus vnciis, & cōmiſſo edicto per dictum fratrē impuberis emācipatum, & à me pręteritum accepiſſe dictum impuberem ſex vncias tantùm per bonorū poſſeſſionem cōtra tabulas, & ita minus quàm prius haberet. Certè ſubſtitutus prædictus impuberis non præſtabit legata aliquibus niſi habito reſpectu ad ſex vncias tantùm, & non ad nouem in quibus fuit impubes inſtitutus. ſicut enim dictum eſt augeri legata E à ſubſtituto præſtanda in primo caſu huius. §. ex eo quòd per bonorum poſſ. contra tabu. plus accepit impubes, quàm fuerit illud in quo fuit inſtitutus: ſic & vbi minus accepit per bonorū poſſeſ. contra tabu. quàm fuerit illud in quo fuit inſtitutus, vt dictum eſt in ſecundo caſu huius. §. debent minui legata. Viuianus.

† Quidam hoc inciſum ſuperiori putant præuertendū. hæc vſq; ad verbū contra, quidā delendā putāt, vt quæ ſint inepti interpretis: ego aliter cēſeo.

k *ſi filius.* ſcilicet impubes. & dic qnòd pater filium impuberem in vnam vnciam inſtituit: alium emancipatum præteriit: pupillo ſubſtituit pupillariter: & à pupillo legata reliquit. ſed emancipatus rumpit per contra tabu. teſtamentum, & ſic aperuit viam ſuccedendi ab inteſtato etiam pupillo inſtituto, ſicque pupillus ab inteſtato ſuccedit. quæritur, qualiter ipſe vel eius ſubſtitutus dabit legata?

l *Et ſubſtitutum.* à quo ſaltem tacitè relictum intelligitur repetitū: vt ſupra titu. ij. l. licèt imperator.

m *Ex ſemiſſe.* nam non eo minus ſuccedit ex pupillaribus tabulis ſubſtitutus, quòd teſtamentum paternum ſit ruptum: quia hîc filius

Et verius eſt ex ſemiſſe:ſed ex vncia,omnibus:ex reliquis, [a] liberis & parentibus. [b] Contra quoque ſi ex dodrante inſtitutus [c] commiſſo edicto ſemiſſem acceperit bonorum poſſeſſionẽ: ex ſemiſſe tantùm legata ſubſtitutus debebit.Quo modo enim augetur, * vbi amplius eſt in bonorum poſſeſſione: [d] ſic & vbi minus eſt, B deducitur. [e]

* Flo. augétur.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber trigenſimus tertius.

## DE ANNVIS LEgatis & fideicommiſſis. TITVLVS I.

In indice titul. ſic inſcribitur, incipit liber quartus de legatis & fideicommiſſis ex ordine trigenſimus tertius.

I. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

CVm in annos ſingulos quid legatum ſit, C neque adſcriptum quo loco detur:quocunque loco petetur,dari debet: ſicuti ex ſtipulatu aut nomine facto petatur. [f]

Si mora particularis aufert commodum totius partis, obligatio ſtatim ad totale intereſſe committitur.Bartolus.

II. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

IN annos ſingulos heres damnatus ſinere me frui fundo: [g] ſi initio [h] anni quo colere deberẽ, D moram fecerit: licèt poſtea patiatur,quia cultura ſim excluſus, tamen totius anni nomine mihi tenebitur:quemadmodũ ſi diurnas operas Stichi dare damnatus, non à mane, ſed à ſexta diei hora det, [i] totius diei nomine tenetur.

Legatũ annua bima trima die debet præſtari per annuas præſtationes æquales, niſi alia mens teſtatoris appareat.Bartolus.

III. VLPIANVS *libro viceſimoquarto ad Sabinum.*

SI legatum ſit relictum annua bima trima die, triginta forte: [k] dona * per ſingulos debentur annos, licèt non fuerit adiectum, *æquis penſionibus*.proinde & ſi adiectum fuerit, *penſionibus*, licèt non ſit inſertum, *æquis*:item ſi ſcriptum fuerit, *æquis*, licèt nõ ſit adiectum *penſionibus*: dicendum erit æquas fieri. ſed ſi adiectum ſit, *penſionibus inæquis*: inæquales debebuntur. Quæ ergo debeantur,videamus. Et puto eas deberi, niſi ſpecialiter [l] teſtator electionem heredi dedit, quas * vir bonus fuerit arbitratus: vt pro facultatibus defuncti, & depoſitione * patrimonij debeantur. Sed & ſi fuerit adiectum, *viri boni arbitratu*: hoc ſequemur, vt pro poſitione patrimonij ſine vexatione [m] & incommodo [n] heredis fiat. Quid ſi ita, *Penſionibus quas putauerat legatarius?* an totum petere poſſit, videamus.

* Ex hoc loco &.§.penul. apparet quid ſit annua bima trima dies.

* qui

* diſpoſitione.al.portione.al.poſitione.

filius ex teſtamento ſuccedere valent maluit ab inteſtato ſuccedere:nec pro eius parte,ſed fratris tantum fuit ruptum teſtamẽtum: vt.s̃. de vulga.ſubſt.l.ij.§.planè. &.l.ex duobus.§. fi.&.l. ſeq.&. s̃.de inoffi.teſta.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.

a *Ex reliquis*. ſcilicet quinque vnciis.

b *Et parentibus*. & quibuſdam aliis cõiunctis: vt.j̃. de lega. præſtan. l. j.ij.& iij.Accurſius.

c *Inſtitutus*. ſcilicet impubes à patre,cui eſt pupilariter ſubſtitutus datus.Accurſius.

d *Bonorum poſſeſſione*.vt in primo caſu.

e *Deducitur*. vt in ſecũdo.& caue tibi,quia hic §.nil facit cũ principio huius leg.Itẽ not.hîc argumentũ eſt ad numerũ vnciarũ:hereditas tamẽ totalis nec fit maior nec minor.Item nõ obſtat infr. ad legẽ Falci.l. in quantitate. vbi non prodeſt augmentũ nec nocet deminutio legatariis: quia de alio augmẽto ibi dicit. & facit ad hũc.§.j̃.de cõtra tab. l.iij.§.ſi quis.&.l.nõ putauit.§.fi.&. l.ſi ex duobus.&.j̃.de colla.bono. l.j.&.j̃.de lega.præſtã.l. filiũ.§.erit. &.l. legatus. &.s̃.e. l. cùm patronus. &.s̃.tit.j.l. cùm pater.§. cũ exiſtimaret. &. s̃.eo. l.poſt emãcipationẽ. in prin.&.j̃.ad leg.Falcid. l.in ratione.§.ij.&.s̃.vbi pupil.educ.de.l.iiij.in fine. &.s̃. de adopt. l.per adoptionem.Accur.

*Finit liber trigenſimus ſecundus Digeſtorum ſeu Pãdectarum.*

DE ANNVIS legatis & fideicõmiſſis.

*In indice, De annuis & menſtruis legatis. Hæc ſeparatum titulum deſiderabãt, quod in eis ſint propria quædam.nam & plura legata eſſe exiſtimantur non vnũ,& morte finiuntur. Plerumque verò cùm annua aut menſtrua dicimus, alimenta dicimus.At certè non ſunt omnia annua,alimẽta, nec omnia alimẽta, annua:alioquin nihil diſtaret hic titulus à primo* 34. Cuiac.

C*Vm in annos.*] CASVS. Legaui Titio centũ corbes frumẽti in annos ſingulos, & nõ dixi in quo loco ſoluat ei heres meus quolibet anno. Certè renetur ei ſoluere heres meus vbi ipſe heres habet domiciliũ, & vbi eſt maior pars hereditatis. quocunque ergo loco de his duobus petat ab eo Titius legatarius, debet ei dare.nam & ita eſſet ſi promiſiſſem Titio per ſtipulationẽ dictos centum corbes frumenti ſingulis annis,vel alio modo eſſem debitor in dictis centum corbibus frumenti annuis.Viuianus.

f *Petatur*. ſcilicet iure.peti autem poteſt abſque fori præſcriptione E vbi teſtator voluit,& vbi heres habet domicilium,& vbi eſt maior pars hereditatis,& vbi cœpit ſoluere vel reſpondere:vt.s̃.de iudi.l. ſi fideicõmiſſum.in princip.&.§.fina.&.l.quamuis.&.l.ſeq.& not. in.l.quod legatur.&.s̃.de tranſact.cùm hi.§. cauſæ. & facit. s̃.ſi cer. peta.l.vinum.Accurſius.

I*N annos.*] CASVS. Damnauit heredem ſuum Titius vt ſineret me vti frui fundo Titiano ipſius Titij in ſingulos annos, id eſt reliquit mihi vſumfructum in fundo ſuo Titiano. heres Titij non permiſit me colere dictum fundum tempore quo debebat coli. certè tenetur mihi ad æſtimationem fructuum omnium qui in dicto anno potuiſſent eſſe collecti ex fundo ſi permiſiſſet mihi eum colere eo tempore quo debebat coli. nec prodeſt ei ad excuſationem ſi paratus eſt permittere me colere poſtea in eodem anno dictum fundum:quia non permiſit ei tempore quo debuit. Et idem eſt in hoc alio caſu. damnauit heredem ſuum Titius vt daret mihi diurnas operas Stichi ſerui ſui. heres in quodam die Iouis pone,non permiſit Stichum venire ad laborandum ad vineam meã in mane, ſed miſit eum in ſexta hora diei. Certè tenetur mihi ad æſtimationem totius diei.nam non videtur mihi dediſſe aliquid de dicta opera in dicta die,cùm non dederit in mane:nec prodeſt ei ad excuſationẽ ſi paratus eſt dare ſequẽti die per totam diẽ operam dicti ſerui.Viuianus.

g *Fundo*.quod perinde eſt ac ſi vſusfructus relinqueretur:vt.s̃. de vſu fru.l.ſi quis ita.&. j̃. tit. j.l.patrimonij.

h *Si initio*. igitur in initio anni eſt ſoluẽdum. quod dic vt no.C.quãdo dies leg. ced. l. j. ad quod eſt.s̃. loca. ſi in lege.§. colonus. & de dolo.l.rem quandam.

i *Det*. id eſt dare paratus ſit in primis ſex horis: vt.j̃. de ope. liber. l. iij.&facit.s̃.tit.j.l.is q.& j̃.titu.j.l.vj.&.j̃.de verb. ſign.l.ij.§.j.& de vſuf.l. quæſitum.

S*I legatum.*] CASVS. Legaui Titio.xxx.libras Bononiæ annua bima trima die æquis penſionibus. certè in quolibet trium annorũ debet habere Titius ab herede meo.x. & idem eſt ſi non poſui in legato dicta verba, æquis penſionibus &c. & idẽ ſi dixiſſem,Lego Titio. xxx.libras Bononiæ annua bima trima die pẽſionibus. & idem ſi dixiſſem,æquis. & nõ appoſuiſſem ibi,penſionibus.nam ſemper habebit.x.quolibet anno.ſed ſi ita dixiſſem,Lego Titio.xxx. annua bima trima die inæquis penſionibus,inæquales penſiones ſiue partes dabuntur ei quolibet de dictis tribus annis in dictis. xxx. & certè arbitrio boni viri ſcilicet vt inſpiciantur facultates defuncti, & diſpoſitio eius patrimonij. & idem ſi expreſſiſſem ego teſtator dandas penſiones Titio arbitrio boni viri. Sed quid ſi ita dixiſſem, Lego Titio. xxx. annua bima trima die penſionibus quas putauerit idem legatarius? certè non poterit petere Titius tota. xxx. in primo anno. volui enim fieri portiones de dictis. xxx. per ſingulos de dictis tribus annis, & poſui in arbitrio legatarij ſolummodo quantitates penſionum. & quod dixi in legatario, idem eſt in herede, vt ſi poſuiſſem in dicto legato hæc verba, penſionibus quas putauerit heres, non poſſit differre heres ſolutionem dictorum. xxx. vſque ad finem triennij. ſi autem ita dixiſſem, Heres meus Titio.x.trima die dato: perinde eſt ac ſi dixiſſem annua bima trima die. vnde quod dictum eſt in. xxx. dicto Titio legatis, erit in dictis decem. [SI CVI CERTA.] Legaui Titio. c. & donec ei præſtentur per heredem meum, iuſſi eidem Titio præſtari quolibet anno.x.nomine vſurarum. Certè legatum de.c. valet, & etiam legatum vſurarum prædictarum ſi eſt intra legitimum modum vſurarum.aliàs non.Viuianus.

k *Fortè*. ſub dubio fortè &c.vt &.s̃.de arbi.ſi duo.& dic dena, id eſt decem:vt &.s̃.titu.ij.l.ſi quis in teſtamento.Accurſius.

l *Niſi ſpecialiter*. ſubaudi,maximè, vt apparet per id quod ſubiicit: ſicut & in heredis electione.

m *Sine vexatione*. ſcilicet magna.Accurſius.

n *Et incommodo*. intolerabili: vt infra de verbor. ſignific. l. nepos Accurſius.

Annua, bima, trima die ſoluere, quid ſit.

a *In heredis electione*.ſcilicet diceremus heredẽ non poſſe totã præſtationem differre vſq; ad triennij finẽ. Sic ergo per.l. iſtã exponũtur leges quæ dicũt annua bima trima die aliquid ſoluendũ:vt. C. de rei vxo.act.l.j.§.exactio.&.ſ.de pig.ac.l.ſi neceſſarias. §.ſi annua. &.ſ.de pac.dota.aliud.& de contrahen.emp.ſed Celſus.§.j. Accur.

Et puto totũ non petendũ ſimul: ſicut & in heredis electiõe. [a] fieri enim penſiones debere teſtator voluit:quãtitates dumtaxat penſionũ in arbitrio heredis aut legatarij contulit. Sed ſi ita ſit legatũ, *Heres meus Titio decẽ trima die dato:* vtrũ pẽſionib⁹, an verò poſt triẽniũ debeatur? Et puto ſic accipiẽdũ, quaſi paterfamilias de annua bima trima die ſenſiſſe ꝑponat.

Vſura etiam in vltima voluntate non poteſt legitimum modum excedere. Bartolus.

Si cui certa quãtitas legetur, & quoad preſtet, in ſingulos annos certũ aliquid, velut vſuras, [b] iuſſerit teſtator præſtari: [c] legatũ valet. ſed in vſuris hactenus debet valere, quatenus modum probabilem [d] vſurarum non excedit.

Legatum annuum pro primo anno eſt purum: pro ſequentibus eſt conditionale. Bartolus.

IIII. PAVLVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.*

SI in ſingulos annos alicui legatũ ſit, Sabinus, cuius ſentẽtia vera eſt, plura legata eſſe ait, & primi anni purũ, ſequẽtiũ cõditionale. videri enim hãc ineſſe cõditionẽ, *ſi viuat:* & ideò mortuo eo ad heredẽ legatũ nõ trãſire. [e]

Sufficit vltimũ annum eſſe cœptum, vt legatũ annuum pro illo anno tranſmittatur. Bartolus.

V. MODESTINVS *libro decimo Reſponſorum.*

A *Vobis quoq; cæteri heredes peto, vt vxori meæ præſtetis quoad viueret, annuos decẽ aureos* vxor ſuperuixit marito quinquennio, & quatuor mẽſibus. Quæro, an heredib⁹ eius ſexti anni legatũ integrũ debeat. Modeſtin⁹ reſpõdit, integri ſexti anni legatũ deberi. [f]

Propter mortẽ executoris legatũ annuũ nõ extinguitur. Bar.

VI. IDEM *libro vndecimo Reſponſorum.*

ANnuam pecuniã ad ludos [g] ciuitati reliquit, quibus præſidere heredes voluit. ſucceſſores heredũ negãt ſe debere, quaſi teſtator tamdiu præſtari voluiſſet, quãdiu pręſiderẽt heredes. Quęro igitur, an cũ præſidẽdi mẽtionẽ fecerit: ad tempus fideicõmiſſum, an perpetuò pręſtari voluerit. Modeſtinus reſpondit, fideicõmiſſum quotãnis perpetuũ [h] reipublicæ præſtandum eſſe.

Diſpoſitio reſpiciẽs ſolam auctoritatem defuncti, non cõmodum alterius: non iure actionis, ſed per officium iudicis effectui demandatur. Bartolus.

VII. POMPONIVS *libro octauo ad Quintum Mucium.*

QVintus Mucius ait: Si quis in teſtamento ita ſcripſit,

b *Vſuras*.ſcilicet certas: vt patet: quia dicit certũ &c. aliud ſi non expreſſiſſet certũ quid. vel certã quãtitatẽ: ſed ſimpliciter dixiſſet vſuras: vt.ſ. de vſu. l. quod in ſtipulatione. &.ſ.de iu. dot.l.cũ poſt.§.gener.& j.de verb. oblig.l. triticum.&.l.ita.ſtipulatus.

c *Præſtari*. ab herede.

d *Probabilem*. Quis eſt probabilis?[a] Reſpon. vt C. de vſur. l. eos. & ſic etiã per teſtamentũ nõ debetur vſura vltra legitimum modũ. & facit ſ.de vſur.l.placuit.

a] Id probabile eſt qđ per ſe vel aliis iunctũ facit adminiculum. Sali. in l. ad probationẽ. I.C. de proba.

SI *in ſingulos.*] CASVS. Legaui Titio decẽ in ſingulos annos. certè cuiuſlibet anni vnũ eſt legatũ, & primi anni eſt purũ legatũ: ſequentiũ autẽ annorũ legata ſũt cõditionalia: quia ineſt cõditio, ſi viuat legatarius. vnde primũ trãſit ad heredẽ legatarij: ſequẽtia autẽ non. qđ eſt notãdum. ꝙ vltimũ eſt verũ vbi legatari⁹ antè mortem ſuam tetigiſſet de ſecũdo anno, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel de alio. nam tunc bene trãſmitteret ad heredẽ ſuum, vt in caſu ſeq. Viuian.

e *Non tranſire*. ſecus in aduocatis fiſci: vt.C.de aduoc.diuer. iudic.poſt duos ſed dic, imò cõſonat huic. Item quod dicit hîc, verum eſt exonerandi heredis gratia fuerit legatum per annos diuiſum: vt.j.quando dies leg.ced.l.nec ſemel.circa princip.&. l.ſi cũ præfinitione.in princip.&.l.Firmio.§.fi.quę ſunt contra. Vel ibi cùm non cauſa alimentorũ fuit relictum, hîc ſic. Vel in.l.ſi cum præfinitione.certum tempus fuit adiectum.prima vera. Item ſecus in ſtipulatione quàm hîc dicat in legato: quia facta ſtipulatio etiã in ſingulos annos vna eſt, nec finitur morte ſtipulatoris. Idem in donatione cauſa mortis: vt.j.de verb.obliga. l.ſi Stichum. §.j.& de do.cauſa mor.l.ſenatus.§.fina. & ſic quantum ad præſcriptionem temporalem facimus differentiam inter legatum relictum in ſingulos annos, & ſtipulationem: licèt. M. & B. inter ſe diſſentientes aliter dicant: vt not.C.de præſcrip.xxx.an.l.cùm notiſſimi.§.penul. Item facit.j.quando dies leg.ced.l.cùm in annos.&.j.eo.in ſingulos.&.l.cùm in annos.&.j.titu.j.l.cùm vſusfruct.&.j.ad leg. Falci. l.j.§.ſi in annos. Accurſius.

A *Vobis.*] CASVS. Inſtitui mihi quatuor heredes pone: & à duobus ex eis dedi multa legata quibuſdam: & poſtea ita dixi: A vobis quoq; cæteri heredes peto vt vxori meæ præſtetis quoad viuet.x.aureos annuos. me mortuo vxor mea vixit per quinq; annos, & quatuor menſes de ſexto anno: & deceſſit. Certè debent habere heredes ſui integrum legatum ſexti anni. in initio enim cuiuſlibet anni cedit dies annui legati. & hoc dicit. Viuianus.

f *Deberi*. cedit enim dies huius legati in initio cuiuſlibet anni: vt. infra eo.in ſingulos. ſed non videtur deberi niſi pro rata anni ſexti: vt.ſ.de vſufru.l.ſi operas.&.l.ſed & ſi quis.§.ſi operas. Solu. ibi delicto fuit amiſſus vſusfructus, ſcilicet capitis deminutione: hîc morte: vt arg.infra eo, l.in ſingulos.& ſupra qui.mo.vſusfru.amit.l.j.§.ſi non mors. Vel ſol.vt ibi. Item facit.j.de ſtip.ſer.l.ſeruus communis §.cùm ſeruus.&.C.de aduo.diuer. iudi.poſt duos.§.his. &.j. eod.l. filiæ. Argu. Contra.C. de aduo. diuer.iudi. petitionem.§. quando.

ADDITIO. Pro ſolutione huius contrarij dic vt dicit gloſ. quia nihil ad heredem tranſit: ſubaudi, niſi ſalarium illius anni. & not. in.l.poſt duos.eo.tit.ſecundum.Bart.

A *Nnuam.*] CASVS. Titius reliquit in ſuo teſtamento ciuitati Bononiæ annuas.c.libras Bononię cauſa faciendi curri palliũ ad porthecam: & roncinum & accipitrem in caſſatacula: cui ludo ſeu quibus ludis voluit præſidere heredes ſuos. poſt mortem huius Titij heredes ſui præſtiterunt cõmuni Bononiæ centum libras quolibet anno, pone ꝑ quatuor annos: & quolibet anno præfuerunt dicto ludo fieri faciendo: & poſtea deceſſerunt. petit in ſequenti anno commune Bononiæ ab heredibus dictorum heredum Titij vt dẽt ei.c.libras cauſa faciendi dictum ludum. dicũt heredes heredũ: Nos nõ tenemur amplius præſtare. c. qa heredes Titij, quorũ heredes ſumus, non poſſunt præſidere ludo, ſicut teſtator præcepit. Certè dicitur hîc quod nõ obſtãte allegatione heredũ debẽt.c.præſtare communi Bononiæ quotãnis. i. ſingulis annis in perpetuum. & ita quãuis morte legatarij pereat annuũ legatũ, vt ſ.l.proxi.nõ tamẽ morte heredis, vt hîc. Viu.

g *Ad ludos*. ſacros, quibus honeſtas & verecũdia moribus caſtis ſeruata perſeuerat: vt. C. de ſpecta.l.j.& de maiuma.l.j.lib.xj. Azo. aliud ſi ad impudicos. nam tunc nõ in perpetuum præſtaretur, ſed nullo modo, vel in aliud opus reipub.expẽderetur: vt.j.de adimi. rerum ad ciui.perti.l.legatum.§.fi. Accurſius.

h *In perpetuum*. plus ergo eſt in hoc legato quàm in vſufruct.legato: quia tempore finitur: vt.j.titu.j.l.ſi vſusfru.municipibus. ſecundum R.& facit.ſ.titu.iij.l.ciuitatibus. &.j.eod.l.pe. &.j.de verbor. oblig.l.ſi Stichum.§.j.Accurſius.

Q *Vintus.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredes duos ſuos filios, & duas ſuas filias: & Seiũ extraneũ & Gaium & Martinum dedit tutores dictis ſuis filiis: quia impuberes erant: & ita poſtea ſubiunxit in teſtamento, filij filiæque meæ ibi morentur vbi vxor mea eorum mater eos morari volet: eiſq; filiis & filiabus meis Seius prædictus heres meus in annos ſingulos, ínque pueros puelláſque ſingulas det nomine cibarij aureos. x. Mortuo iſto Titio teſtatore mater dictorum puerorũ poſuit eos ad ſtãdum & ad morãdum cum Sempronio. venit nunc Sempronius apud quem collocati ſunt pueri, ad Seium heredem & Gaium & Martinum tutores: & petit ab eis. x. aureos pro hoc anno pro cibariis dictorum puerorum. dicit Seius heres tutoribus, Accipiatis ſi vultis. x. aureos de hereditate, & date Sempronio. dicunt tutores, Nos nolumus ei aliquid dare. Modò quæritur, nunquid actione ex teſtamento poſſit agere Sempronius ad dictos.x.aureos? Et dicitur ꝙ non, vſq; illuc, Pomponius &c.& dimitte ibi.& vade.j. per. xxiiij. incluſiuè lineas ibi, itaq; hæc Quinti Mutij &c. & ibi reepilogat & examinat dicta verba Titij teſtatoris, filij filiæq; meæ ibi morẽtur &c.& illa, eiſq; hæres meus &c. Et dicit ꝙ dicta prima verba non pariunt aliquam obligationem: ſcilicet vt omnimodo teneantur filij ibi morari vbi pater iuſſit, vel mater ex iuſſu patris: ſed pertinent dicta verba ad conſeruandam auctoritatem defuncti. vnde ſecundũ iuſſionem iudicis debẽt morari vbi pater iuſſit, vel mater. ex iuſſu patris autem non debent morari. Quid enim ſi iudex cognoſcit

gnoſcit nunc eſſe Sodomitas vel adulteratores illos apud quos iuſſit pater filios ſuos morari, vel mater ex iuſſu patris: quod quidem pater neſciebat tēpore quo fecit teſtamentū? Certè non debet permittere iudex apud illos morari. Item dicit ibi, ſi autem pro cibariis &c. quamuis dictum ſit in principio legis quòd Sempronius apud quem filij collocati erant, non poteſt agere ad decem aureos actione ex teſtamē to contra tutores: tamē ita diſtinguo, aut ſunt relicti.x. aurei gratia filiorum, aut gratia Sempronij prædicti. primo caſu poteſt agere Sēpronius cōtra tutores iudicis officio ſi ipſe Sempronius erat bonus homo. gratia autem puerorū ſemper prǽſumuntur relicti dicti decem aurei, niſi cōtrarium appareat. ſecūdo caſu poteſt agere Sēpronius bon⁹ homo exiſtens actiōe ex teſtamēto. & hoc vſq; in finem legis. Modò reuertaris ad verſiculum, Pomponi⁹ &c. & ibi ponit quędam exempla de iis quę pertinent ad auctoritatem teſtatoris, & nō ad obligationē, puta inſtitui te ſolum heredē, & iuſſi tibi vt faceres mihi monumentū quod conſtet cētum. Certè potes facere monumentum, ſi vis. aliàs nō cogeris. ſecus ſi haberes coheredē retento eodē caſu: quia tūc poſſet te cogere coheres tuus actione familiæ erciſcundæ. ſed & ſi tu & coheres tuus paratus ſit pro ſua parte facere, poteſt te cogere ꝑ tua. Secundū exemplū eſt cū iuſſi heredi meo vt poneret ī municipio imagines. nā non poteſt compelli niſi gratia honoris municipij hoc iuſſiſſem. Viuianus.

*Filij filiæque meæ ibi ſunto, vbi eos mater ſua eſſe volet: eiſq;*[a] *heres meus in annos ſingulos, inque pueros puelláſque ſingulas damnas eſto dare cibarij nomine aureos decem.* ſi tutores eam pecuniam dare nolunt ei apud quem pueri atq; puellæ ſunt, nihil eſt quod ex teſtamento agere poſſit.[b] Nam ea res eò B pertinet, vti tutores ſciant quæ voluntas teſtatoris fuit, vti poſſint[c] eam pecuniam ſine periculo dare. Pomponius.[d] In teſtamentis quædam ſcribuntur quæ ad auctoritatem dumtaxat ſcribentis referuntur, nec obligationem pariunt. hæc autem talia ſunt, Si te heredem ſolum inſtituam, & ſcribā vti monumētum mihi certa pecunia facias. nullam enim obligationem ea ſcriptura recipit: ſed ad auctoritatē meam conſeruandam poteris, ſi C velis, facere.[e] aliter atque ſi coherede tibi dato idem ſcripſero. Nam ſiue* te ſolum damnauero vti monumentum facias, coheres tuus agere tecū poterit familiæ erciſcundæ vti facias: quoniā intereſt illius.[f] quin etiam ſi vtrique iuſſi eſtis hoc facere, inuicem actionem habebitis[g]. Ad auctoritatē ſcribentis hoc quoq; pertinet, cùm quis iuſſit in municipio imagines poni. Nam ſi nō honoris municipij gratia id feciſſet, ſed ſua: actio eo nomine nulli competit.[h] Itaque[i] hæc Quinti Mucij ſcriptura, *Liberi mei ibi ſunto, vbi eos mater ſua eſſe volet:* nullam obligationem parit: ſed ad auctoritatem defuncti conſeruandam id pertinebit, vt vbi iuſſerit, ibi ſint. Nec tamen ſemper voluntas eius aut iuſſum conſeruari debet, veluti ſi prętor doctus ſit nō expedire pupillum eo morari vbi pater* iuſſerit,[k] propter vitium quod pater fortè ignorauit in eis perſonis eſſe apud quas morari iuſſit. Si autem pro cibariis eorum in annos ſin- B gulos aurei decem relicti ſint: ſiue hoc ſermone[l] ſignificantur apud quos morari mater pupillos voluerit, ſiue ita acceperimus hunc ſermonem, vt ipſis filiis id legatum debeatur:[m] vtile[n] erit. Et magis enim eſt vt prouidentia filiorū ſuorum hoc feciſſe videatur.[o] Et in omnibus vbi auctoritas ſola teſtatoris eſt, neque omnimodo ſpernenda, neque omnimodo obſeruanda eſt: ſed interuētu iudicis hæc omnia de- C bent, ſi non ad turpem cauſam feruntur, ad effectum perduci.

Legatum in annos ſingulos eſt ſimile legato vſusfr. niſi in tribus quæ hac.l. ponuntur. Bartolus.

VIII. GAIVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

IN ſingulos annos relictum legatum ſimile eſt vſuifructui, cùm morte finiatur.[p] Sanè capitis deminutione non finitur,[q] cū vſusfructus finiatur. & vſusfructus ita legari poteſt: *Titio vſumfructum fundi lego: &* D *quotienſque* * *capite minutus erit, eundem vſumfructum ei do.*[r] Illud certè ampli⁹ eſt in hoc legato, quòd ingreſſu cuiuſlibet anni, ſi deceſſerit legatarius, eius anni legatum heredi ſuo relinquit: quod in vſufructu non ita eſt, cum

a *Eiſque.* hæc eſt duplex. nam vel filiis, vel illis apud quos debent ali, poteſt attribui: vt in fine legis. Itē poteſt eſſe quòd ſoli filij, vel quòd ſoli alij, vel etiam tertio quòd filij cum aliis ſunt heredes. Item & no. duo præcepta: Vnum vbi debet morari: aliud de alimentis.

b *Agere poßit.* ille apud quem erunt, ſcilicet aliqua actione, ſed iudicis officio: vt.j. in fine dices. Azo.

c *Vti poßint.* ſcilicet ſi velint. ſed non compelluntur niſi vt in fine dicet. E

d *Pomponius.* circa prædicta clarius reſpōdens, & præmittens duo ſimilia. primum de monumento: ſecundum de imagine.

e *Si velis, facere.* imò & pontificali auctoritate vel iudicis officio eſt cogendus: vt ſupra de peti. here. hereditas.§.fi. & .ſ. famil. erciſc.l. his conſequenter.§. ſed & ſi. & .j. ea.l. in fi. Accurſius.

f *Intereſt illius.* quia ibi ſepeliretur: vt ſupra de reli.l. familiaria. & leg. ſequen.

g *Habebitis.* ſcilicet ſi alteruter veſtrum parēre voluerit: alioquin communis culpa[a] poterit opponi agenti.ſ. vt.ſ. de lega.j. nihil.§.j. & .ſ. de lega.ij.l. cùm pater.§. libertus. Accurſius.

h *Nulli competit.* etiam ſi ad eius commodum aliquis ſibi pręferat. & facit.j. de priuileg. credi.l. Aufidius.

i *Itaque.* redit ad primum caſum huius legis.

k *Iuſſerit.* facit.ſ. de adminiſt. tuto.l. quidam decedens.§. vſque. & de confir. tuto.l. vtilitatem. & vbi pupil. edu. de.l.j. Accurſius.

A l *Hoc ſermone.* eíſque heres meus in annos &c. vt ſupra in princ. huius legis.

m *Debeatur.* quod poteſt præſumi ſi ſunt alij heredes vel etiam coheredes his pueris, & ex annuis cibariis decem pro magna parte ſuperabundabit: & ſic habet locū actio ex teſtamento. ſi autem ſoli filij, tunc officio iudicis tantùm vel actione ex teſtamento, ſi gratia eorum apud quos morari debent, eſt relictum.

n *Vtile.* ſcilicet viſum. Accurſius.

o *Videatur.* niſi aliud liqueat. Accurſius.

IN *ſingulos.* CASVS. Legaui Titio cētum annua. certè iſtud legatum habet vnam ſimilitudinem cum vſufructu ſimpliciter legato, & tres diſſimilitudines. ſimilitudinē habet cum vſufructu: quia ſicut vſusfructus finitur morte vſufructuarij, ita & dictum annuum legatum finitur morte legatarij. Prima diſſimilitudo eſt inter ea ꝙ vſusfructus bene finitur & maxima & media capitis deminutione: annuū autem legatū non finitur. Secunda diſſimilitudo eſt, quia vſusfructus ita poteſt legari, Titio vſumfructum fundi lego: & quotieſcūq; capite deminutus ſit, eundē vſūfructū ei do. quę quidē adiectio in annuo legato nihil operatur: quia annuū legatum capitis deminutione perire nō poteſt, vt dictum eſt. Tertia diſſimilitudo eſt, quia ſi vſufructuarius decedat, nihil tranſmittit de vſufructu ad heredem ſuū etiam ſi maturis fructibus nondum perceptis deceſſerit dictus fructuarius: ſed ille qui habet legatū annuū, ſi decedat ingreſſu alicuius anni, puta ſecūdi vel tertij vel quarti vel ſequentiū, illius anni totum legatum ad heredem ſuū tranſmittit. in initio enim cuiuſlibet anni cedit dies annui legati. Viuianus.

p *Finiatur.* vt & inſtitu. de vſufruct.§. finitur. & ſupra eod.l. ſi in ſingulos. ſecus in ſeruitutibus prædialibus: vt ſupra quemadmo. ſer. amit. le.iij.

E q *Non finitur.* ſcilicet legatum in ſingulos annos relictum: quia legatum ſequentis anni eſt aliud legatū: & ſic iſtud habebit legatarius. plura enim ſunt legata, & ſic in capite cuiuſlibet anni inſpicitur an ſit capax vel non: vt ſupra eo.l. ſi in ſingulos. & infra eod. cùm in annos. ſed ſecus eſt in vſufructu cùm legatū eſt ſimplex, non in ſingulos annos. & ſecundùm hoc expones capitis deminutione, ſcilicet maxima & media, non minima. & ſic eſt contra. C. de vſufruct. le. corruptionem. Vel dic etiam minima ſi eſt relictus vſusfructus in ſingulos annos: ſecus ſi ſimpliciter: quia tūc non minima, vt ibi. Vel dic ſecundùm iura vetera vt quocūque modo relictus, ſcilicet vel ſimpliciter vel in ſingulos annos, pereat capi. dem. etiam minima: hodie ſecus vt.d.le. corruptionem.

r *Ei do.* vt & ſupra quib. mo. vſus fru. amit. le. ſi cum. & .l. repeti. in princip. & ſecundùm R. hoc caſu videtur perpetuo relictum ſi ciuitati vel templo ſic relinquitur, niſi aratrū patiatur: vt.ſ. quib.

* ſi te ſolū.

* mater.

* Quotienſque ꝑ quotienſcūque.

a] Adde in ſocietate culpam cōſiderari: & ei aſſcribi qui eā cōmiſit. vide in.l.penul.§. nauem. pro ſoc. & in.l. ſi vt certo.§. nunc videndū.ſ. commodati.

UNED

fructuarius etiam ſi maturis fructibus nondum tamen perceptis deceſſerit, heredi ſuo eos fructus non relinquet.[a]

**Etiam res pignerata poteſt capi ex primo decreto. Baldus.**

IX. PAPINIANVS *libro ſeptimo Reſponſorum.*

FVndus quem paterfamiliâs libertis legatorũ nomine quæ in annos ſingulos reliquit, pignus eſſe voluit: ex cauſa fideicõmiſſi rei ſeruãdę gratia rectè petetur.[b] Paulus notat:[c] hoc admittendũ eſt & in aliis reb⁹ hereditariis, vt & in eas lagatarius mittatur.[d]

**Legatum relictum ob cauſam, determinatur ſecundùm cauſam ſibi annexam. Bartolus.**

X. IDEM *libro octauo Reſponſorum.*

*SEio amico fideliſſimo, ſi voluerit, ſicut meis*[e] *negotiis interueniebat, eodem modo filiorum meorum interuenire: annuos ſenos aureos, & habitationem qua vtitur, præſtari volo.* Non ideò minus annua Seio pro parte hereditaria viuentis[f] filiæ deberi placuit, ꝙ ex tribus filiis Titiæ duo aliis heredibus inſtitutis vita deceſſerũt: cùm tam labor quàm pecunia diuiſionem reciperent.

**Dictum generale ad extraordinaria non refertur. Bartolus.**

*Medico Sempronio quæ viua præſtabã, dari volo.* Ea videntur relicta, quæ certã formam erogationis annuæ, non incertã liberalitatis voluntatem habuerunt.[g]

**Dictio præter, ponitur incluſiuè quando cadit inter res ſeparatas quarum vna non comprehendit aliam. Bartolus.**

*Vxori præter id quod à me viuo*[h] *annui nomine accipiebat, aureos centum dari volo.* Annuũ[i] videtur, & ſemel centũ[k] aureos reliquiſſe.

**Si teſtator legat q̃d viuus præſtabat: ea ſola debentur, quæ legatarij cauſa præſtabantur. Bar.**

*Libertis dari volo quæ viua*[l] *præſtabam.* Et habitatio præſtabitur.[m] ſumptus iumentorum nõ debebitur, quem actori[n] domina præſtare ſolita fuit vtilitatis ſuæ cauſa. ideò nec ſumptũ medicamentorum medicus libertus rectè petet: quem vt pa-

mo. vſusfru. amit.l. ſi vſusfruc. ſed certè imò & alio modo poteſt finiri: vt ibi no. Accurſius.

a *Non relinquat.* vt & not. inſtitu. de re. diui.§. is vero. Et not. in prin. huius legis vnam conuenientiam: quia vtrumque morte naturali finitur. poſtea tres differentias. prima cùm dicit, ſanè &c. ſecũda cùm dicit, & vſusfruct. &c. tertia cùm dicit, illud certè. & facit ad legem iſtã.ſ. quibus mod vſusfruct. amit.l. ſi vſusfruct. meus.&.ſ. de vſufruct.l. ſi quis ita. & l. defuncta. &.j. titul.j.l. patrimonij. & infra ad leg. Falcid.l. pœnales. in princi. & ſupra de capi. demi.l. legatum. &. C. quando dies leg. ce. l.j. & ſupra de euictio.le. ſi rem quam.§. fina.&.ſ. ſi vſusfruc. peta.l. vti frui.§. fina. &.ſ. eo.l. à vobis. & infra eo. l. codicillis. &.j. titu.j. le. habitationis. &.l. licèt. &.l. generali. Accurſius.

F*vndus.*] CASVS. Duobus meis libertis legaui cẽtum corbes vini, & centum frumẽti in annos ſingulos, & iuſſi quod pro his legatis conſequendis ab herede meo haberent in pignore fũdum meum Titianum. Me mortuo petebant dicti liberti ab herede meo vt caueret eis cum ſatiſdatione de præſtandis eis dictis legatis quolibet anno: & heres noluit ſatiſdare. Certè poſſunt & debẽt dicti liberti legatarij mitti in poſſeſſionem dicti fundi Titiani, & aliarum rerum hereditariarum cauſa rei ſeruandæ, id eſt legatorum ſeruandorum. & hoc dicit. Viuianus.

b *Petetur.* vt & ſupra de tranſact.l. cùm hi.§. ſi vni. nam teſtamento poteſt conſtitui pignus: vt &.ſ. de pigne. actio.l. non eſt. &. C. communia de leg.l.j.

c *Paulus notat.* ſcilicet eſſe verum quod dictum eſt. Vel dic notat, ſcilicet infra ſcripta. i. notabiliter dicit. Accurſius.

d *Mittatur.* ſi non ſatiſdetur. quinimò etiam in res heredis poſt ſex menſes: vt. C. vt in poſ. leg.l. certa. cùm enim ſit conditionale huiuſmodi legatum, quo ad ſequentes annos debet ſatiſdari: vt.j. ad leg. Falci.l.j.§. ſi in annos. Accurſius.

S*Eio amico.*] CASVS. Titia habebat vnum ſuum bonum amicum qui vocabatur Seius: cui Seio ipſa cõceſſerat vnam ſuam domum ad habitandum, quia ipſe multum bene ſe habebat circa negotia ſua Titiæ. Item habebat hæc Titia tres filios: ſcilicet vnam fœminam, & duos maſculos. hęc Titia fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes dictos ſuos filios, & filiam. & ita poſtea locuta fuit, Seio amico fideliſſimo volo præſtari annuos ſenos aureos, & habitationem qua vtitur, ſi ipſe voluerit interuenire negotiis filiorum meorũ eodem modo ſicut interueniebat meis negotiis. Mortua poſtea hac Titia ambo filij ſui maſculi deceſſerunt, & ita per caſum mortis factum eſt quo minus dictus Seius poſſit interuenire negotiis omniũ trium filiorum Titiæ teſtatricis. petit nũc Seius tertiam partem dictorum legatorum, dicens ſe paratum intereſſe negotiis filiæ Titiæ quæ viuit. filia Titiæ viuens dicit quòd non tenetur ei præſtare: quia teſtatrix legauit ei ſub conditione ſi interueniret negotiis filiorũ ſuorum qui erant tres. nunc autẽ non eſt niſi vna: ergo non poteſt interuenire negotiis omniũ, ſicut teſtatrix videtur voluiſſe: ergo non adimplet conditionẽ: ergo non poteſt habere legatum pro aliqua parte. ſed certè ipſa malè allegat: quia conditio adimplenda per Seium, bene recipit diuiſionem, & pecunia legata eidem Seio bene recipit diuiſionem. vnde bonum eſt ꝙ pro ea parte qua poteſt adimplere & adimplet conditionẽ, pro ea habeat legatũ. [MEDICO.] Legaui medico Sẽpronio ea quæ viuus ei præſtabam. certè ea videor ei reliquiſſe quæ ei ſingulis annis præſtare ſolitus eram: & perpetuam quaſi præſtationem habebit: puta quia ei dabam vel mittebam quolibet anno quatuor libras piperis in natiuitate, eo quòd ipſe videbat vrinam meam cùm patiebar, & dabat mihi cõſilium. ſi autem inuitabam eum quandoque ad comedendum mecum, vel ſi mittebã ei quandoque vnum ferculum, hoc nõ videor ei legaſſe. [VXORI.] Legaui vxori meę aureos. c. pręter id quod à me viuo annui nomine accipiebat. dabã enim ei fortè quolibet anno vnã gonellam. nunquid ei legaſſe videor centum aureos annuos, & vnã gonellam annuam? Et ditur ꝙ non, imò ſemel tantùm centũ aureos, & annuam vnam gonellã. [LIBERTIS DARI.] Habebam libertos quibus præſtabam habitationem: & cùm vnus eorum eſſet meus actor ſiue caſtaldus, & alter eſſet medicus, præſtabã caſtaldo ſumptus ꝑ iumentis meis quæ cuſtodiebat: & præſtabam medico ſumptũ quem ſumptuũ accipiebat me dicus vt me & filiam meam curaret. feci ego patronus teſtamẽtum, & ita in eo dixi, Libertis meis dari volo ea q̃ viuus præſtabam. Certè debetur ei dicta habitatio, non autem dictus ſumptus iumentorũ vel medicamentorũ. & hoc dicit hîc.§. Viuianus.

e *Meis.* ſcilicet Titię teſtatricis. & ſic apparet quòd filiorum gratia fuit conditio appoſita. Accurſius.

f *Viuentis.* non etiam morientium: quia in eorum vtilitatem fuit conditio appoſita, vt in princip. legis patet: & quia etiam in eorũ perſona conditio caſu ſolummodo fortuito deficiebat: vt.j. de condi. & demon.l. in teſtamẽto. &.l. cùm ita datur. & ſic non obſtat contrariũ. C. de inſti. & ſubſti.l.j.&.j. eo.l. Mæuia. vbi non per caſum. Item nec. C. de lega.l.j. vbi non contemplatione heredum. vel dic, refert an hîc Seius adhuc non cœperat gerere: & tunc indiſtinctè deficit, cuiuſcũque cauſa ſit conditio inſerta. an verò cœperat: & tunc diſtinguitur, an impediatur caſu: vt & tũc deficiat: aliàs ſecus ſi non caſu: vt.j. de condi. & demon.l. illis libertis. & ſecundùm hoc in.l. C. de leg.l.j. cœperant iam morari. prima placet. Item nota quòd hic caſus in aliquo nocet Seio: in aliquo prodeſt. nocet in partibus defunctorum. nam licèt non ſtet per eum, & ſic habere debet: vt.j. eo. Mæuia. nocet ei caſus. at prodeſt vt non toto legato careat, licet non totam conditionẽ impleat: quod aliàs noceret: vt.j. de condi. & demon.l. qui duobus. ſcilicet quia ſtaret per eum. Item contra.ſ. de condit. inſer.l. legatum. Itẽ contra.j. de adi. leg.l. Gaio.§.j. &.l. Stichus.§. fi. Sed ex ſupradictis apparet ſolutio. & facit ad legem iſtam. C. de lega. le.j. Item facit.j. de condit. & demon.l. pe.§.j. &. ij. &.j. tit.j.l. cui. &.j. eo.l. annua. & diſtingue vt no. C. de inſti. & ſubſt.l.j. Accurſius.

g *Habuerunt.* vt vna comeſtio, vel par gallinarum, & ſimilia. hæc enim non debentur: vt arg. infra tit.j. Sempronio. & ſupra titu.j. qui ſaltum. & infra eo.§. fin.

h *A me viuo.* aliàs à me viuo: aliàs à Mæuio.

i *Annum.* ſcilicet quod præſtatur à Mæuio

k *Et ſemel centum.* facit.ſ. de acti. emp. ſi venditor hominis. &.j. de dote prælega. l. Seia. nec eſt contra. C. de lega.l.j. quia ibi apparet eſſe aliud ex voluntate defuncti.

l *Viua.* aliàs viuus.

m *Præſtabitur.* vt &.j. tit.j.l. Sẽpronio. &.ſ. ea.l.§. medico. Accur.

n *Actori.* i. caſtaldioni quondam ſeruo. ſic ergo ex ſuperuenienti dignitate. i. libertate aliquid immutatur. ſic.ſ. de procur.l. filiusfamiliâs.§. fi. &.l. aut. &.l. vel hereditas. &.ſ. de adop.l. in omni.

*Acceptabat.*

a *Acceptabat.* cùm erat ſeruus. Accurſius.

Cvm in annos.] CASVS. Legaui Titio.c. in ſingulos annos.certè cuiuſlibet anni eſt vnum legatum, & ſic plura ſunt legata: & in principio cuiuſlibet anni debet inſpici vtrum Titius legatarius ſit capax, vel non. & ſi ſit capax, conſequetur legatum: aliàs non. Idem eſt ſi legaui Sticho ſeruo Titij.c.in ſingulos annos. nam in principio cuiuſlibet anni debet inſpici vtrum Titius dominus ſit capax, vel non. & ſi ſit capax, conſequitur legatũ ſeruo ſuo relictum: aliàs non.&.h.d. Viuianus.

tronam, eiúſque familiam curaret, acceptabat. a

XI. PAVLVS *libro viceſimoprimo Quæſtionum.*

Cvm in annos ſingulos legatur, plura legata eſſe placet: b & per ſingula legata ius capiendi inſpicietur. idem in ſeruo inſpiciendum eſt ex perſona dominorum. c

Annua præſtatio fienda ex reditu certæ rei, finitur morte legatarij. Bartolus.

XII. IDEM *libro tertiodecimo Reſponſorum.*

Gaius Seius prædia diuerſis pagis d Mæuiæ & Seiæ e legauit, & ita cauit: *Præſtari autem volo ex prædiis Potitianis prædiis Lutatianis annua harundinis milia trecena, & ſalicis mundæ annua librarum ſingula f milia.* g Quero an id legatum h defuncta legataria extinctum ſit. Paulus reſpõdit, ſeruitutem iure conſtitutam nõ videri neque in perſonam, i neque in rem: k ſed fideicommiſſi l petitionem cõpetiſſe ei cui prædia Lutatiana legata ſunt: & ideò cùm annua legata fuerint, mortua legataria m finitum legatum videri.

Conditio quæ pendet ex poteſtate legatarij, & alterius: ſi ex facto alterius impediatur ſine legatarij culpa, habetur pro impleta. Bartolus.

XIII. SCÆVOLA *libro quarto Reſponſorum.*

Mæuia nepotem ex Mæuio puberem n heredem inſtituit, & Lucio Titio ita legauit: *Lucio o Titio viro bono, cuius obſequio gratias ago, dari volo annuos, quamdiu viuat, aureos decem, ſi rebus nepotis mei interueniat, omnémque adminiſtrationem rerum nepotis mei ad ſollicitudinem ſuam reuocauerit.* Quæro, cùm Lucius Titius aliquo tempore Mæuij negotia p geſſerit, & per eum non ſtet quo minus gerat, Publius

b *Placet.* dic vt no.ſ.eo. l.ſi ſingulos.

c *Dominorum.* vt &.ſ. de lega.ij.l. debitor.§. fina. &.j. quando dies leg. ced cùm in annos. Item ex ſua: vt eo.titu.le. Firmio.§.j. Accurſius.

Gaius.] CASVS. Gaius Seius habẽs prędia Potitiana ad burgũ Panicalis, & habẽs prædia Lutatiana ad ſanctã Mariam in monte, legauit Męuiæ dicta prædia Potitiana, & Seiæ dicta prædia Luciana, & poſtea ita dixit: Præſtari autẽ volo ex prędiis Potitianis, prędiis Lutatianis annua arundinis milia.ccc. & ſalicis mũdæ annua librarum ſingula milia, cauſa releuãdi fortè multas vineas quæ erãt in dictis pdiis Lutatianis. Mortuo dicto Gaio Seio, Mæuia quæ habebat prædia Pótiana, præſtitit per tres annos pone dictas arũdines & ſalices Seiæ q̃ habebat prædia Luciana. poſtea deceſſit dicta Seia, q̃ habebat prędia Lutatiana, quib⁹ debebãt dari dictæ arũdines & ſalices. quęritur, nunquid extinctũ ſit dictũ legatũ annuæ arundinis & ſalicis? Et dicitur q; ſic, quia annuũ fuit legatum, cuius petitio competebat Seiæ: non autẽ fuit ſeruitus in rem vel in perſonã. ſi autem fuiſſet ſeruitus in rem, id eſt cõſtituta prędiis Lucianis in prędiis Pótianis, nõ finiretur morte legatariæ: ſed ſi fuiſſet in perſonã, bene finiretur. & hoc dicit. Viuia.

d *Pagis.* aliàs plagis. aliàs pagis, id eſt contratis vel villis.

e *Et Seiæ.* ſcilicet vnum vni, alterum alteri: puta Pontiana Męuiæ, Luciana Seiæ, ſecundum R. & ſic ſunt omnia plana. ſed Ioan. dicit Luciana his fœminis relicta: & Titio cuidã Pontiana: ex quibus Pontianis voluit fieri huiuſmodi prẽſtationes.

f *ſingula.* id eſt omni anno, Accurſius.

g *Milia.* id eſt mille librarum. i. libratarũ. i. certæ menſuræ duodecim pedum: cùm & libra duodecim vnciarum dicitur.

h *An id legatum.* ſcilicet annuæ prẽſtationis, ſecundùm R. vel dic prædiorum Titio relictorum vt ſolueret annuam quantitatẽ. nam cùm annua ſolutio ſit extincta, & legatum Titio extinctum videbatur. quod remouet, ſecundùm Ioan.

i *Neque in perſonam.* ſcilicet Seiæ dominantis, quam infra vocat legatariam. vel dic in perſonam Mæuiæ ſeruientis. vel ideò dicit nõ in perſonam, ſcilicet vt ſit vſuſfru. tum quia prædia prædiis dari dicit: tum quia Seia cui annuum ſoluebatur, non poterat per ſe percipere: vt.j.tit.j.l.fundi.&.l.patrimonij. &.ſ. de vſufru. l. defuncta.§.fi.& ſic non obſtat.ſ.de ſerui. ruſti.prædi. l.item. &. l. veluti. quæ eſt contra. & hoc etiam apparet ex eo quòd dicit præſtari volo: ex quo verbo non conſtitui ſeruitutem liquet: quia ſi ſit ſeruitus, percipere potius poteſt quàm prẽſtationem ab alio expectare per perſonalem actionem: vt in prædictis legibus dicitur.

k *Neque in rem.* ſcilicet propter illam annuam commemorationem: & quoniam cum quadam perpetuitate annui huiuſmodi ſeruitutes reales conſtituuntur: vt ſupra de ſer.l. iiij. numerus enim iſte.xxx.milia &c. oſtendit quòd potius obligatio perſonalis quàm ſeruitus conſtituatur: quia ſeruitus vera nullam certam quantitatem ſed magis ſufficientiam ſeu integritatem expoſcit. Illud quæro, an prædia Pótitiana ſint obligata ob talem præſtationem: quod hic non dicit. videtur tamen quòd non: vt.ſ. titu.j.l. quidam teſtamento. in princip. niſi fortè pro alimentis: vt infra de alimen. lega. l.Lucius.&.l.ij.& ſupra de vſufru.hactenus.

l *Fideicommiſſi.* ſcilicet annuæ præſtationis. & dic ei, ſcilicet Seiæ per actionem ſcilicet perſonalem ex teſtamento donec viuit, non vltra: vt in fine. Sed Ioan. dicit fideicommiſſi prædiorum Titio relictorum. & dic ei Titio etiam poſt mortem Seiæ & Mæuiæ. Sed contra eũ eſt, quia dicit prædia Luciana: nam debet dicere Pontiana. Vel ſi diceret de fideicommiſſ. annuæ præſtationis, deberet ſecundùm eum dicere, eis quibus, in numero plurali. dic ergo ſecundùm R, vt prius dixi.

m *Legataria.* annuę pręſtationis, & non prędiorum: vt.ſ.titu.ij.l. pater.§ Tuſculanus.&. de leg. j. l.ſi fundus.§. Iulianus.

Mæuia.] CASVS. Mæuia habẽs nepotem Mæuium ex filio ſuo Mæuio, dictum ſuum nepotẽ heredem inſtituit, & Lucio Titio ita legauit, Lucio Titio dari volo annuos aureos. x. ſi rebus nepotis mei interueniat, omnémque adminiſtrationem rerum eius ad ſuã ſollicitudinem reuocauerit. Mortua Mæuia Lucius Titius geſſit negotia dicti nepotis per duos annos pone, & percepit ab eo omni anno.x. aureos. poſtea dictus nepos prohibuit Lucium Titium adminiſtrare negotia ſua pro ſequentibus annis, & nolebat ei dare.x.aureos amplius, & ita non remanet per Lucium Titium quo minus adminiſtraret. quæritur, vtrum debeat conſequi quolibet anno fideicommiſſum de.x? Et dicitur quòd ſic, niſi nepos remouiſſet eum à negotiis ſuis propter fraudem ipſius Lucij Titij, quam committebat in adminiſtrando negotia dicti nepotis Mæuię: vel niſi interueniat alia iuſta cauſa ad improbandum operam dicti Lucij Titij. [ VXOR E.] Dominus Ioſeph inſtituit ſibi heredem vxorem ſuam: & ita cauit poſtea in teſtamento, Libertis meis omnibus alimentorum nomine ſingulis annis denarios.xij.ab vxore mea, quam inſtitui heredem, dari volo ſi ab ea non receſſerint. Mortuo teſtatore vxor prędicta aſſiduè volebat exire ciuitatem, & ſecum libertos ducere: & liberti dicebant ei, Dominus Ioſeph non ſolebat tantùm & toties ciuitatem exire: vnde nos nolumus toties te ſequi: & nihilominus volumus legata noſtra. quęritur, quid iuris ſit? Et dicitur quòd hoc debet committi ad arbitrium boni viri: & ipſe æſtimabit vtrum vxor habeat iuſtam cauſam toties proficiſcendi extra ciuitatem: vt tunc liberti teneantur eam ſequi, & aliàs non habeant legata. aut non habeat iuſtam cauſam, & tunc nihilominus habeant liberti legata, quãuis eam non ſequantur. Sed quid ſi ipſa habeat iuſtam cauſam proficiſcendi extra ciuitatem, & liberti noluerint eam ſequi ea ratione quia ipſa nihil amplius eis offert quàm ſit in legato eorum annuo? nũquid debent legata eorum annua conſequi? Et certè committitur hoc ſimiliter arbitrio boni viri, vt videat vtrum ipſa velit proficiſci in tam longinquas partes, quòd non ſufficiant libertis eam ſequentibus legata eis relicta pro diſpendio: & tunc non teneantur eam ſequi, niſi ipſa det eis plus quàm ſit in eorum legatis annuis, & quod ſufficiat eis ad perficiendas excurſiones cũ ea quæ vult proficiſci, ita propè quòd ad faciendum diſpendium in itinere bene ſufficiunt libertis eorum legata: & tunc teneantur eam ſequi, etiam ſi ipſa non det eis amplius quàm ſit in eorum legatis. & ſi tunc eam non ſequantur, legata eis relicta annua conſequi non poſſunt.&.h.d. Viuianus.

n *Puberem.* aliàs impuberem. & vocatur Męuius: vt.j.patet ibi, quęro &c. & hîc in principio.

o *Lucio.* cuidam extraneo. Accurſius.

p *Mæuij negotia.* ſcilicet nepotis. idem ſi nunquam, ſed non ſteti per eum: vt ſubiicit, &.C. de condit. inſer. ſi ea.&.j. de condi. & demon.le.iure.&.l.ſi quis ita. &.ſ. de leg.iij.le. qui concubinam.§. vxori. &.j. quando dies le. ced.l.v.§. item ſi qua. &.j. de alimen.



UNED

lega.l.Gaio.§.j.&.l.Stichus.§.fin.&.j̃.de condi.& demon.l.in teſtamento.&.C.de inſtitu.& ſubſtitu.l.j. &. ij. & ſupra de lega.ij.l.Titia.§.ſi ea.&.s̃.commoda.l.ſi.vt certò.§.abeſſe.Accurſius.

a *Nolit eum adminiſtrare*. ſecus ſi ſtaret per caſum fortuitum: vt ſupra eod.l.Seio.in princip.& infra eod.l.annua.

autem Mæuius nolit eum adminiſtrare:[a] an fideicõmiſſum præſtari debeat. Reſpõdi, ſi non propter fraudem, aliámve quam iuſtam cauſam improbande operæ cauſa remot⁹ eſſet à negotiis quæ adminiſtrare ſecundum defuncti voluntatem vellet, percepturum legatum.

**Qui tenetur cum alio morari, nõ tenetur eũm ſimpliciter ſequi: ſed hoc declarabitur boni viri arbitrio. Bartolus.**

Vxore herede ſcripta ita cauit: *Libertis meis omnibus alimentorũ nomine ſingulis annuos denarios duodecim ab herede dari volo, ſi ab vxore mea non receſſerint.*[b] Quæro, cùm paterfamiliâs ſua volũtate de ciuitate difficilè[c] profectus ſit, ea autem aſſiduè proficiſcatur: an liberti cum ea proficiſci debeant. C Reſpondi, non poſſe abſolutè reſpõderi, cùm multa oriri poſſint quæ pro bono ſint æſtimanda:* ideóque huiuſmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda eſt. Item quæritur, cùm proficiſcens eis nihil ampli⁹[d] obtulerit, ac per hoc eam ſecuti non ſint, an legatũ debeatur. Reſpondit & hoc ex longinquis[e] breuibúſque excurſionibus, & modo[f] legati eſtimandum eſſe.

**Fauore alimentorum valet legatum incertum. Bartolus.**

D XIIII. VLPIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum*.

SI cui annuum fuerit relictum ſine adiectione ſummæ, nihil videri huic adſcriptum Mela ait: ſed eſt verior Neruæ ſententia,

b *Non receſſerint*.ex hoc oritur quæſtio.Accurſ.

c *Difficilè*. id eſt, raró. & ſic cogitabat facturã vxorem, vt allegant liberti. Accurſius.

d *Nihil amplius*. aliàs amplius, ſcilicet ꝓpter hoc quòd eos ſecũ duceret dare voluit. & alias nihil magis: & aliàs nihilominus.& tũc dic, id eſt, magis.ſic.C. de iuris & facti igno. l. non idcirco.Accurſius.

e *Ex longinquis*.ſic.s̃.de iudi.l.ſi lõgius.in princ. &.§.j.&.l,ſed & ſi ſuſceperit.§.j.&.j̃. de ope.liber.l.quod niſi.§.j.Item eſt attendendum cuius contemplatione eſt dictum, vt ab ea nõ recedant: vt.j̃. de condi.& demon.l.illis.& facit.s̃. tit.j.l.qui concubinam. §.penult. ADDITIO. Querit hîc Bar.an vxor teneatur ſequi virũ peregrinãtem? Reſpon.ſecũdũ eũdem Bar.quòd ſi vir incipiat peregrinari per mundum, nõ tenetur virum ſequi, arg. hui⁹.l.&. l. quod niſi.§. j.j̃. de ope.liber.niſi tẽpore quo ipſa duxit eũ in virum, conditionem ſuam ſciebat.tunc enim videtur in eum cũ illis conditionibus conſenſiſſe, conſiderata qualitate perſonæ: vt. l.plenũ.§.equitij.s̃. de vſu & habita.C.de ſpon.l.fin. circa medium.&.l.promittendo. §. pen.de iure do. Sed ſi eſſet quædam peregrinatio modica & honeſta, tũc tenetur ipſa virum ſequi, arg.huius.l.& glo.extra de coniug.lepro.c.j.

* Huic ſententiæ congruit quod præclarè ait Cic. in orat. pro. Cn. Plan. non ſemper eaſdem ſententias ab iiſdẽ, ſed quaſcũque reipub. ſtatus, inclinatio temporum, ratio concordię poſtularet, eſſe defendendas.

f *Modo*. id eſt, quantitate.ſic.s̃.de tranſac.l.cùm his.§.modus.

SI *cui annuum*.] CASVS. Legaui Titio annua alimenta pone: & nõ adieci aliquam ſummam. certè id videor ei reliquiſſe quod ego eram ſolitus præſtare in vita mea.ſi autem non eram ſolitus aliquid ei præſtare, ex dignitate perſonæ Titij legatarij ſtatui oportebit illud quod debeat ei dari quolibet anno pro alimentis.

g *Solitus fuerit*. conſuetudo patrisfamiliâs attenditur. ſic.s̃.de lega.j.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi & de pig.act l.vel vniuerſorum. &.s̃.titu.j.l.cùm quęreretur.§.lana.&.l.nummis.&.s̃.eo.Seio.§.j.& ſi Item & dignitas legatarij, vt ſubiicit:vt.s̃.de iudi.ſed & ſi ſuſceperit.§.j. &.s̃. de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.& charitas:vt infra de adi.leg.l.cùm alimenta.& no.quòd hoc locum habet in alimentis legatis indubitanter:vt licèt incertum, valeat tamen:vt.d.l.cùm alimẽta. & in ſimili pia cauſa: vt & ſupra de lega,ij.l.quidam. & ſupra titu.j.l.Stichus.& ſic lex iſta poteſt loqui. Alij dicunt in omni annuo relicto quantumcũque incerto, vt valeat fauore vltimæ voluntatis:vt hîc, & arg.s̃.tit.j.l.ij. nec obſtat.s̃.de iur.dot.cùm poſt.§ gener.quia poſſumus dicere quòd ibi non erat annuum. in cõtractibus autem inter viuos conſtat non valere:vt.d.§.gener.&.j̃.de verbo.oblig.l.triticum.&.l.ita ſtipulatus.in princ.Accurſius.

E*vm qui*.] CASVS. Titium heredem meũ rogaui, vt daret Seio centum poſt.x.annos à tempore mortis meæ numerandos.hores autem ſoluit non tranſacto adhuc quinquennio pone. nũquid eſt liberatus? Et diſtinguitur hîc.aut reliquit fideicommiſſum prædictum poſt diem propter legatarij perſonam, puta quia rem familiarem ſuã poterat tueri:quia erat fortè pupillus. aut propter commodum heredis: ſcilicet vt ipſe heres ſentiret commodum medij temporis.Primo caſu ſi ſoluit antè tempus, & legatarius amiſit legatum, & baratauit propter ſuam facilitatem, non eſt liberatus heres, Secundo caſu eſt liberatus. Viuianus.

quod teſtator præſtare ſolit⁹ fuerat,[g] id videri relictum.ſi minus, ex dignitate perſonæ ſtatui oportebit.

**Si dilatio apponitur gratia legatarij nõ poteſt ei ſolui antè: ſecus ſi gratia heredis. Bartolus.**

XV. VALENS *libro ſeptimo* * *Fideicommiſſorum*.

B EVm qui[h] rogatus poſt decem annos reſtituere pecuniã, antè diẽ reſtituerat, reſpõdit, ſi propter capientis perſonã, quòd rem familiarem tueri nõ poſſet, in diẽ fideicõmiſſum relictum probaretur, & perdituro[i] ei id heres antè diem reſtituiſſet: nullo modo[k] liberatũ eſſe. Quòd ſi tempus heredis cauſa[l] prorogatum eſſet, vt commodum medij temporis ipſe ſentiret: liberatum eũ intellegi.nam & plus eum pręſtitiſſe, quàm debuiſſet.

**Legatum annuum relictum ſeruo à domino, debetur tẽpore ſeruitutis & libertatis. Bartolus.**

XVI. PAVLVS *libro tertio ad Neratium*.

SEruus poſt decẽ annos liber eſſe iuſſus eſt: legatúmque ei ex die mortis domini in annos ſingulos relictũ eſt. Eorũ quidẽ annorũ quibus iam liber erit, legatũ debebitur:[m] interim autem heres ei alimẽta præſtare cõpellitur.[n]

**Legatum donec nubat, intelligitur annuum. Bartolus.**

XVII. LABEO *lib.2. Poſteriorum Iauoleno Epitomatorum*.

LEgatum ita eſt, *Attiæ, donec nubat, quinquaginta damnas eſto heres meus dare*. neque adſcriptum eſt, *in annos ſingulos*.

h *Eum qui*. aliàs incipit, eum. & aliàs Iauolenus. Accurſius.

i *Et perdituro*. ſic.j̃.pro empto.l. ſi quis cum.& ſupra de mino. l. quod ſi minor.§. teſtamento. & infra de in rem ver.l. iij.§.necnon.

* Flor.eſt lex Iauolenus, cũ qui.

k *Nullo modo*. niſi ille habeat pecuniã ſaluã: vt arg.inſtit. qui alie.licet vel non. §. nunc vidẽdum.&.C.pro emp. l.fin.&.s̃.de admi.tuto. l. ſi minoris. & facit ad hanc diſtinctionem ſupra de vſur.l. iij. §. cùm Pollidius. & ſupra titu. ij.l.ſi ita relictum.§. Pegaſus.&.l. cùm pater.§. curatoris.&.C.de fideicommiſſ.l. poſt mortẽ. vbi no. contraria & ſolutiones de legibus: vt ſupra de lega. ij. l. cùm pater. §. hereditatem. &.§. à filia.&.j̃.ad Trebell. l. ſed ſi ante. & ibi plenè ſolui.

l *Heredis cauſa*. quod pręſumitur in dubio:vt infra de re iudi. tẽpus. & argu.j̃. de verb.obli. l. eum qui kalen.in fin. &.l.continuus.§.cum ita.in fin. §. &.j̃. de acti. & oblig.l.quod quis.& infra de ſol.quod in diẽ &.j̃.e.liberto.§.filium.

S*Eruus poſt decẽ*.] CASVS. Iuſſi in teſtamento meo ſeruũ meũ Stichum liberum eſſe poſt.x.annos, & ita poſtea dixi: Volo dari eidem Sticho ex die mortis meæ centum in annos ſingulos. certè antè. x. annos heres meus tenetur præſtare alimenta dicto Sticho: peſt.x. autem annos debebit habere omni anno dictus Stichus centum. poſt dictos enim.x.annos incipit eſſe liber, & incipit poſſe capere legatum. Viuianus.

m *Debebitur*. actione ex teſtamento:vt.s̃.titu.ij.l.ſi quis ſeruo.

E n *Compellitur*. officio iudicis: quia naturaliter non ciuiliter debetur: vt & infra de ali.leg.l.ſeruos ad cuſtodiã.&.s̃.fam.erciſ.ex parte.§.ſeruo.&.s̃.de lega.j.l.ſeruo alieno.§.j.&.C.de neceſ.ſer.here.inſtitu.l.pen.§.illo.&.s̃.de lega iij.l.ſeruus. poſſet etiam hæc.l.intelligi ſecundum quod dicitur infra de verbo. oblig.l.huiuſmodi. &.s̃. ſi cer.peta.l.lecta.in fin.

L*Egatum*.] CASVS. Legaui Attiæ donec nubat quinquaginta, & non adieci, in annos ſingulos. Certè debebit habere Attia quolibet anno quinquaginta, reprobata ſententia Labeonis & Trebatij, qui dixerunt tantùm ſemel ei deberi quinquaginta. [VINI FALERNI.] Legaui Attio binos culleos ſiue corbes optimi vini quod naſcetur ad domum meam, id eſt, in vinea quæ pertinet ad domum meam, ſingulis annis. me mortuo ſoluit heres meus Attio per duos annos pone duos culleos dicti vini nati in dicta vinea. in tertio anno fuit vinea tempeſtata, ita quod nihil in ea natum fuit: & ita in tertio anno nihil potuit habere Attius de legato

legato. in quarto auté & in quinto anno fuit ſatis de vino in dicta vinea. modò petit Attius ab herede duos culleos vini pro tertio anno in quo nihil habuit. Certè bene debet habere. h.d. Viuianus.

a *Putant.* & malè.

b *Singulos.* ſcilicet quouſque nubet, & omni anno habebit. l. ſunt igitur paria, quamdiu nubes, & ſingulis annis quamdiu nubes. ſicut ſi lego tibi vſumfructum quamdiu viues, vel vſque ad decennium: tale eſt quo ad repetitionem ac ſi legaſſem ſingulis annis: vt. ſ̃. qui. mo. vſusfruct. amit. l. ſicut in annos. in princ. &. §. vnde tractatū eſt. & maximè quia in teſtamētis plenius faciēda eſt interpretatio:[a] vt infra de reg. iur. l. in teſtamētis. Vel dic in annos ſingulos, id eſt, ſingulis annis debet aliquid ſolui de his legatis: vt ſupra eod. l. iij. & ad hoc infra quādo di. leg. ce. ſi cum præfinitione. &. ǰ. e. l. annua. §. fin. Accurſius.

† reſpondit. a] In teſtamétis quotuplex ſit interpretatio: vide per Bar. in l. ab executore. ǰ. de appel. gl. in l. I. ſ̃. de ori. iur.

c *Vini Falerni.* à loco ſic dicti. vel, id eſt, optimi. ſic enim dicitur in vulgari vinum Falernum. Accurſius.

d *Culleos.* vaſa de corio vel alia materia quibus menſurabatur vinum, & etiam annona quādoque: vt ſupra de pig. act. l. fi. §. fin.

e *Annorum.* antecedētium & ſequentium. ad quod infra quando di. leg. ce. l. Firmio. in prin. & infra de verbo. obl. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & ſupra de leg. j. l. quod in rerum natura. in prin. & ſ̃. de contrahen. emp. l. ſi debitor. §. j. & ſ̃. locati. ſi vno. & C. locati. l. licèt. & infra de tritico, vino & oleo leg. cùm certus. & l. ex eo. & infra de alimen. leg. l. Lucius. Accurſius.

Labeo, Trebatius præſens legatum deberi putat:[a] ſed rectius diceretur, id legatum in annos ſingulos[b] deberi.

Quod deficit in fructu vni⁹ anni, ſuppletur ex fructibus ſequētium annorum in annuo legato. Bartolus.

B *Vini Falerni[c] quod domi naſceretur, quotannis in annos ſingulos binos culleos heres meus Attio dato.* Etiam pro eo anno quo nihil vini natū eſſet, deberi duos culleos[d] † ſi modò ex vindemia cæterorum annorum[e] dari poſſit.

Petitio legati diuiſi per tempora exonerationis gratia tranſmittitur ad heredem: & adiectio temporis in dubio non refertur ad tempus ætatis. Bartolus.

XVIII. SCÆVOLA *libro quartodecimo Digeſtorum.*

C Codicillis teſtamento confirmatis[f] fundum libertis legauit, eúmque alienari vetuit, ſed pertinere voluit & ad filios libertorū, vel ex his natos: deinde hæc verba adiecit: *A quibus præſtari volo heredi ex reditu eius fundi decē per annos ſingulos vſque ad annos triginta quinque à die mortis meæ.* Quæſitum eſt, cùm heres à Titio inſtitutus intra trigenſimumquintū annum ætatis deceſſerit, an reſidui temporis fideicommiſſum ex verbis ſuprascriptis heredis quoque heredi[g] debeatur. Reſpondit deberi: niſi oſtendatur à libertis, teſtatorem ad heredis[h] trigenſimumquintū annum reſpexiſſe.

Nudo miniſtro recuſante legatū recipere legatarius poteſt petere antè diem. Bartolus.

Sticho alumno ſuo centum, & menſtruos decem, & annuos cētum dari voluit: & Semproniam quam heredem ex triente inſtituerat, rogauit in hæc verba, *Fidei tuæ committo Sempronia ſoror, vti legata quæ alumnis[i] meis reliqui, ex medio recipias, & apud te habeas quoadúſque cōmendatos habeas.*[k] Quæſitum eſt, cùm Sempronia, cuius fidei commiſſum ſit, abſtinuerat ſe hereditate antequam ſecundū voluntatē defuncti perciperet pecuniā alumnis[l] relictam: an Sticho de legatis actio etiā antè vicenſimumquintum annum competat. Reſpondit competere.

Legato incepto, & per mortem legatarij finito, onus ſibi iniunctum extinguitur quoad omnes. Bartolus.

XIX. IDEM *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

Titia herede Seia ſcripta, vſumfructū fundi Mæuio legauit, eiúſque fidei commiſit in

f *Confirmatis.* quod hodie opus non eſt: vt inſtit. de codicillis. §. j.

g *Heredi.* nondū anniculo: vt ſtatim innuit.

h *Heredis.* quaſi perſonaliter ei alimenta conſtituendo. nec enim eſt facilè credēdum quòd teſtator voluerit dare alimenta à legatario rei ſingularis heredi omnium bonorum domino: & ideò non pro alimentis videtur legaſſe, ſed in plures penſiones diuiſiſſe legatum exonerandi gratia grauati: & ideò omnium annorum vnum eſt legatū: vt infra quādo dies leg. ced. ſi cū præfinitione. & l. Firmio. §. fin. Acc.

i *Alumnis.* id eſt, alumno: ſcilicet Sticho. vel dic quod & aliis alumnis ſimiliter reliquerat.

k *Commendatos habeas.* id eſt, habere volueris. vel dixit quod vſq; ad XXV. annos haberet cōmendatos: vt ſtatim innuit. Accurſius.

l *Alumnis.* id eſt, alumno. vel dic vt dixi. ſ̃. & fa. ſ̃. titu. ij. l. cum pater. §. curatoris. & ǰ. quando dies leg. ced. l. Firmio. §. j. & ij.

*Codicillis.*] CASVS. Titius in teſtamento ſuo in quo inſtituit ſibi heredem Seium minorem. XXXV. annis, confirmauit codicillos quos poſtea faceret. & poſtea fecit codicillos: & ita in eis dixit: lego fundum meum Titianum libertis meis: & nolo quod eum alienent: imò volo quod pertineat poſt mortem libertorum ad filios eorum & nepotes: à quibus libertis volo præſtari dicto Seio heredi meo ex reditu dicti fundi. X. per annos ſingulos vſq; ad annum. XXXV. à die mortis meæ. Poſtea deceſſit hîc Titius teſtator & codicillator. poſtea præſtantibus libertis omni anno. X. dicto Seio, ipſe Seius deceſſit antè. XXXV. annum. modò quæritur, an reſidui temporis fideicommiſſum debeatur heredi dicti Seij? Et dicitur quod ſic, niſi liberti probent teſtatorem eundémque codicillos facientem reſpexiſſe ad. XXXV. an. Seij heredis, cum dixit in codicillis, vſque ad annos. XXXV. à die mortis, &c. quia tūc non debetur fideicommiſſum heredi heredis. [STICHO ALVMNO.] Titius habēs Stichum alumnū minorem. XXV. annis, & ſororem ſuam Semproniam, inſtituit eam heredem in quatuor vnciis hereditatis ſuæ, & Seium & Sempronium pone in octo vnciis: & poſtea iuſſit dari alumno ſuo prædicto centum, & omni menſe. X. & omni anno alia cētum: & aliis quibuſdam ſuis alumnis legata reliquit: & commendauit omnes dictos ſuos alumnos dictæ ſuæ ſorori vt eos gubernaret & cuſtodiret donec haberent. XXV. annos: & tali modo rogauit poſtea dictam ſuam ſororem? Fidei tuæ committo Sempronia ſoror, vt legata quæ alumnis meis reliqui, recipias à coheredibus tuis, & apud te habeas donec commendatos habeas dictos alumnos. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator, & dicta ſua ſoror abſtinuit ſe ab hereditate ſua antequam perciperet à coheredibus ſuis pecuniam alumnis relictam. venit modò dictus Stichus alum-

A nus, & petit à Seio & Sempronio coheredibus Semproniæ legata ſibi relicta. quæritur, vtrum poſſit? Et videtur quòd non: quia non habebat adhuc. XXV. annos dictus Stichus, & antè. XXV. annum ſuū noluit teſtator Semproniam accipere pro eo legata eius. ipſa autē Sempronia inuenitur nūc non heres, & ita non poſſe accipere pro eo de medio hereditatis, vt dixit teſtator. Dicitur tamen hîc quòd poteſt petere Stichus dicta legata. Viuianus.

D *Titia herede.*] CASVS. Titia inſtituit ſibi heredem Seiam, & legauit Mæuio vſumfructum fundi ſui, qui vocabatur. Speratianus: & in hæc verba commiſit fidei dicti Mæuij: A te Mæui volo præſtari Arrio Pamphilo & Arrio Sticho ex die mortis meę ſingulis annis donec viuent, annuos ſexcentos ex reditu dicti fundi. & poſtea deceſſit dicta Titia teſtatrix. & poſtea habuit Mæuius à Seiā herede Titia dictum fundum: & præſtitit dictus Mæuius aliquot annis annuos ſexcentos prædicto Pamphilo & Sticho: & poſtea deceſſit dictus Mæuius, ſicque fundus prædictus rediit ad Seiā heredē Titiæ pleno iure: eo quòd vſusfructus extinctus eſt per mortem Mæuij. modò quæritur, nūquid Seia heres Titiæ teneatur pręſtare Pāphilo & Sticho omni anno ſexcenta? Et dicitur quòd non: quia non ſunt ab ea herede relicta, ſed à Mæuio vſufructuario, Sed nunquid heredes Mæuij prædicti tenebuntur præſtare? Et dicitur quòd non, niſi probent Pamphilus & Stichus manifeſtè teſtatricem voluiſſe præſtari prædicta prædictis etiam vſufructu finito. &
E tunc etiam ita demum tenebuntur heredes Mæuij fructuarij, ſi illud quod Mæuius viuus exiſtens percepit ex vſufructu, ſufficit ad prædicta præſtanda, & non aliàs. [QVI MARCO.] Titius habēs quēdam doctum aduocatum nomine Marcum, præſtabat ei quolibet anno vnam libram piperis, & vnam croci, eo quod ipſe iuuabat eum de cauſis ſuis in curia. fecit hîc Titius teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Titiā vxorem ſuam: & ita in eodem teſtamento locutus eſt ei: domina ſanctiſſima, ſcio te de amicis meis curaturam, ne quid his deſit: veruntamen volo dari Marco octoginta. & poſtea deceſſit dictus Titius. & poſtea Titia eius heres præſtitit octoginta Marco: Marcus nihilominus petebat ab ea omni anno vnam libram piperis, & vnam croci, ſecundum quod teſtator ſolebat ei dare: nūquid poteſt? Et dicitur quòd ſic. [LVCIO TITIO.] Titia præſtabat Lucio Titio quadraginta omni anno: & nomine ſalarij decem omni anno præſtabat eidem: & nomine dierum fe-

ſtorum præſtabat ei certum pondus argenti, aut pretium pro eo pondere. hæc Titia fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium: & ita poſtea dixit: do lego Lucio Titio quoad viuet tria pondo auri, quæ ei viua præſtabam. deceſſit poſtea dicta Titia: nunc petit Lucius Titius à dictis heredibus omnia prædicta quę ei viua Titia præſtabat. quęritur, nunquid propter dicta verba teſtatricis poſſit ea cõſequi? Et dicitur quòd ſic. Vi.

A

hęc verba, *A te Mæui ex reditu fundi Speratiani* [a] *præſtari volo Arrio Pãphilo, & Arrio Sticho ex die mortis meæ annuos ſexcentos quotannis quoad viuent.* Quæſitum eſt, cùm Mæuius annua alimenta præſtiterit, poſt mortem autẽ eius fundus ad heredem Titiæ pleno iure redierit, [b] an alimenta ex fideicõmiſſo Pamphilo & Sticho debeantur. [c] Reſpõdi, nihil proponi cur debeant præſtari ab heredibus Titiæ: cùm ab vſufructuario alimenta relicta ſint. Idẽ quæſiit, an ab heredibus Mæuij legatarij præſtanda ſint. Reſpõdit, nihil ab herede legatarij, niſi teſtatorẽ manifeſtè probetur voluiſſe etiam finito vſufructu præſtari: ſi modò [d] id quod ex vſufructu receptum eſſet, ei rei [e] parandæ * ſufficeret.

B

Legato generali per ſpeciale nõ derogatur quando fit ſimpliciter non ob eãdem cauſam. Bartolus. C

Qui Marco [f] homini docto certa annua prȩſtabat, [g] teſtamẽto cauit: *Domina ſanctiſſima,* [h] *ſcio te de amicis meis curaturam, ne quid his deſit: veruntamen & Marco dari octingenta.* [i] Quæſitum eſt, an Marcus præſtitis ſibi ex cauſa legati octingentis, annua quoque conſequi debeat. Reſpondit, nihil proponi cur non ſecũdum ea quæ in cõſultationem collata eſſent, debeantur. [k]

Si teſtator reliquit ad pondus quod præſtabat ad numerum: ad pondus tamen valet legatum. Bartolus.

*Lucio Titio auri pondo tria quæ viua præſtabam.* Quæro, cùm teſtatrix quadraginta [l] Titio quoad viueret, [m] ſalarij nomine certam ſummam, [n] & amplius feſtorum dierum nomine certum pondus argẽti, [o] aut pro eo pretium præſtiterit: an eadem ex cauſa legati vel fideicommiſſi ab heredibus eius Titio præſtari debeant. Reſpondit, nihil proponi cur prȩſtãda non ſunt.

Si cõditio deficiat per mortem eius in cuius perſonam cõfertur, non extinguitur legatum. Bartol.

XX. IDEM *libro octauodecimo Digeſtorum.*

Annua [p] his verbis legauit, [q] *Si morarentur cum matre mea, quam heredẽ ex parte inſtitui.* Quæſitum eſt, an mortua matre conditio adpoſita defeciſſe videatur, ac per hoc neque cibaria neque veſtiaria his debeantur. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, deberi. [r]

Relictũ ſacerdoti vel miniſtris eccleſiæ, ipſi eccleſiæ videtur eſſe relictum. Bartolus.

Attia fideicommiſſum his verbis reliquit, *Quiſquis mihi heres erit, fidei eius committo, vti det ex reditu cœnaculi mei & horrei poſt obitum ſacerdoti, & ἱεροφύλακι,* [ſ] * *& libertis quis in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum quas ibi poſui.* Quæro, vtrum his dumtaxat D qui eo tempore quo legabatur, in rebus humanis & ĩ eo officio fuerint, debitum ſit: an etiam his qui in locum eorum ſucceſſerũt. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, miniſterium nominatorum [t] deſignatum; * cæterùm datum templo. Item quæro, vtrum vno dumtaxat anno

a *Speratiani.* cuius vſumfructum legauerat. Accurſius.

b *Redierit.* per conſolidationem: vt inſtit. de vſufru. §. fin. vnde ſicut emolumentum morte finitur, ita & onus, licèt teſtator largius ſit locutus.

c *Debeantur.* aliàs debeant, ſcilicet heredes.

d *ſi modò.* tunc enim præſtabitur, ſi non, &c. & tunc illud ſi, non ponit: vt not. ſupra ſi quis cau. l. ſi eum. §. fin. & C. de tranſactio. l. actione. Accurſius.

e *Ei rei.* alias ei rei: & aliàs eius rei. Item cõtra infra titu. j. l. ſi ab eo. in eo quod hîc dicit, ab heredibus non præſtãdum fideicõmiſſ. Solu. hîc finitum erat legatũ: & ideò eius onus. at ibi caducũ, aut in cauſam caduci factũ remanet apud heredem: & ideò cum ſuo onere. & ſic etiam ſoluitur contra. ſ. de lega. ij. l. Celſus. in princ. & facit ſupra tit. ij. l. imperator. in princ. & §. j. & ĩ. de adimen. leg. l. Stichus. §. Titia. & ſupra de lega. j. l. filiusfamiliâs. §. apud. & infra de dote prælega. l. iij. in princ. & ſupra de contrahen. emptio. l. ſi. §. fi. Accurſius.

* Prȩſtandæ

f *Qui Marco.* aliàs lex, aliàs. §. Accurſius.

g *Præſtabat.* puta. x. aureos. Accurſius.

h *Domina ſanctiſſima.* loquitur vxori quam inſtituerat heredem. Acc.

i *Dari volo octingenta.* aliàs non habetur in textu verbum volo, ſed ſubauditur: vt. C. de fideicommiſ. l. volo. vel æquipollens: vt, ſcio te præſtaturam: vel, credo: vt hîc, & ſupra de lega. j. l. etiam hoc modo. & l. & eo modo. & ſupra de leg. ij. l. vnum ex familia. §. fina. & ſ. de lega. iij. l. fideicommiſſa. §. quanquam. Accurſius.

E

k *Debeantur.* præſumenda ex viuentis vſu eiuſdem morientis voluntate: vt. ĩ. titu. j. l. Sempronio. §. fina. Sed videtur contra. ĩ. de adimen. lega. l. alimenta. §. baſilicæ. & l. penult. §. j. & l. Stichus. in princip. Sed ibi aliud apparet dicẽdum ex voluntate expreſſa defuncti. Accurſius. ADDITIO. Vel ſolu. aliter ſecundum Petrum de Belperti. quòd hîc loquitur in legato reiterabili: ibi loquitur in legato alimentorum, quod non eſt reiterabile ſecundum Barto. hîc.

l *Quadraginta.* ſcilicet aureos.

m *Titio quoad viueret.* ſcilicet teſtatrix.

n *Summam.* puta viginti aureorum.

o *Argenti.* ſcilicet vnciam, vel pretium quod ſit decẽ. hoc quidem præſtabat teſtatrix dum vixit: non autẽ tria pondo auri. vnde quia ad numerum præſtabat, ſed legauit ad pondus: videbatur non valere: ſed tamen valet vt iſtæ tres præſtationes ſint loco trium pondo auri: & ſic falſa demonſtratio non vitiat legatum: vt infra de condit. & demon. l. demonſtratio.

Annua his.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Titiam matrem ſuã in dimidia, & Seium in alia dimidia: & legauit duobus pone libertis ſuis. c. omni anno, ſi morarentur cum dicta ſua matre. & poſtea deceſſit dictus Titius teſtator: & poſtea deceſſit dicta ſua mater: & ſic dicti liberti nõ poſſunt amodo cum ea morari. nunquid nihilominus debet habere omni anno dicta. c. annua? Et dicitur quod ſic. [ATTIA FIDEICOM.] At tia habẽs vnum cœnaculum, ſiue domunculam, & vnum horreum cum ea domo, ordinauit ita quòd quolibet anno fiebant ibi nundinȩ, & ſic magnã penſionem de cœnaculo & horreo percipiebat. hęc Attia fecit teſtamentũ, & inſtituit ſibi heredes Titium pone & Seium & Semproniũ: & poſtea ita fideicommiſſum reliquit: quiſquis mihi heres erit, fidei eius cõmitto, vt det ex reditu cœnaculi mei & horrei poſt obitum meũ ſacerdoti eccleſię ſancti Damiani pone, & clerico ſuo, qui vocatur Hierophylacus, & libertis qui in illo templo erũt. denarios. x. die nundinarũ quas ibi poſui, id eſt, iuxta cœnaculũ & horreum. & poſtea deceſſit dicta Titia, & poſtea deceſſit dictus ſacerdos, * & clericellus, & liberti: & alij in eorum loco & officio poſiti fuerunt. nunquid illis ſubrogatis debetur legatũ pro templo recipiẽtibus? Et dicitur quòd ſic, & etiã in perpetuũ. Viuianus.

* Flo. Hierophylaco. Vide Alex. ab Alexãdro li. 5. c. 17.

p *Annua.* puta centum libertis. Accurſius.

q *Legauit.* ſcilicet aliquis, puta duob⁹ libertis ſuis.

* Per hoc dicit glo. 2. in c. edoceri. de reſcript. quòd nomine prælati eccleſia deſignatur.

r *Deberi.* verum ob. exceptio ſi propter vtilitatem matris conditio talis fuiſſet appoſita: vt. ĩ. de condit. & demon. l. illis libertis. Alij diſtinguũt, an cœperunt morari, vel per eos ſtetit: & tũc diſtingue vt dixi modo. aut non, & tũc indiſtinctè non habent: vt no. ſ. e. Seio. & dic plenè vt ibi. & facit. ſ. de lega. j. turpia. §. j. & infra de cond. & demon. l. in teſtamento. & l. cùm ita. & l. ſi quis ita. & l. iure ciuili. Accurſius.

ſ *Hierophylaco.* [a] nomen eſt capellæ, vel loci vbi eſt capella: vt ſacerdos Ricardinæ delectabilis noſtræ villæ. Accurſius.

a] Hierophylax ſacrorũ cuſtos Græcè dicitur.

t *Nominatorum.* ſcilicet vt ſic per ipſos præbentes miniſterium ipſi templo potius relictum quàm eorum perſonis legatum videatur. non enim ſui cauſa ipſis, ſed potius templi cui ipſi deſeruiebant, legatum fore eſt veriſimile: quod eo maximè apparet, quoniam legando mentionem templi fecit teſtator: & ita de eo dicitur qui in relinquendo ſeruo vel filio alieno domini patríſve mentionem fecerit: vt infra de condit. & demonſt. l. filio. & C. de iur. delib. l. pen. & facit infra de re. du. l. ciuibus. & ſupta de pac. l. tale. §. fin. & de tribu. l. procuratoris. §. ſi plures. & C. de epiſco. & cleri. authen. licentiam. & infra de ope. no. num. l. de pupillo. §. ij. & l. operis. & in decret. xij. q. iij. ca. pontifices.

a *In perpetuum.* ſtilicet deberi, ſcilicet ſi templum perpetuò duret. aliàs ſecus:vt.ſ.titu.j.l. pater.§. Tuſculanus. Item pro hoc quod in perpetuum,eſt.ſ.eo.l.legatum.in prin. &.ſ.de vſufru.l. defuncta.§. fina.& de condic.inde.l.eleganter.§.pen.in fin.

*Liberto ſuo.*] CASVS. Titius inſtitutis ſibi quibuſdã heredibus ita legauit liberto ſuo qui vocabatur Philo: volo præſtari Philoni donec viuet quinquageſimã partẽ omnis reditus qui reditus præſtaretur pro prædiis meis Corneliano& Sẽproniano ex conſuetudine dom⁹ meæ à colonis meis, vel ab emptoribus fructus dictorum prædiorũ.poſtea deceſſit dictus Titius,& heredes ſui vendiderũt prędia prædicta, & pretiũ habuerunt: nunc Philo petit ab heredibus omni anno quĩquageſimã partẽ vſuræ dicti pretij ad æſtimationem illarũ vſurarum quæ in prouincia frequentabãtur, dicẽs quod ſicut debebat habere quinquagẽſimam fructuum ſi prędia non eſſent alienata: ita debet nũc habere quinquagenſimã fructuum pretij, id eſt vſurarum, quæ vſurę capiebãt maiorem ſummam quàm fructus.quæritur, nunquid eas petere poſſit? Et dicitur ꝙ non, imò poteſt petere ſolummodo quinquagenſimam fructuum dictorũ prædiorum,licèt ipſa prædia vendita ſint,vt dictum eſt.Viuia.

* quæ ex prædiis. * præſtatur.

† Eadẽ ſpecies tractatur apud eũdem Scæuolam.l.25.§.j. ĵ.ad le.falci. vide.l.77.§.j. ſ.de leg.2. *

decem fideicõmiſſi nomine debeantur:an etiam in perpetuum decem annua pręſtanda ſint.Reſpondit,in perpetuum. a

Alienatio hereditatis non extinguit legatum præſtandum ex reditu certæ rei.Bartolus.

XXI. IDEM *libro vicenſimo ſecundo Digeſtorum.*

Liberto ſuo ita legaui, *Præſtari volo Philoni vſque dum viuet. quinquageſimam omnis reditus* b *quæ* * *prædiis à colonis vel emptoribus fructus ex conſuetudine domus meæ præſtantur.* * heredes prædia vendiderunt, c ex quorũ reditu d quinquageſima relicta eſt. Quæſitum eſt,an pretij vſuræ quæ ex conſuetudine in prouincia præſtarentur, quinquagenſima debeatur. Reſpondit, reditus duntaxat e quinquageſimas legatas, licèt prædia vendita ſunt. f †

Legatarius onere extrinſeco grauatus, non defalcat cõtra legatarium: licèt ſibi fuerit defalcatum.Bartolus.

A liberto cui fundum legauerat ferentẽ annua ſexaginta, per fideicõmiſſum dederat Pamphilæ annua dena.quæſitũ eſt, ſi lex Falcidia liberto legatum minuerit,an Pãphilæ quoq; annuum fideicõmiſſum minutũ videatur: cùm ex reditu legata ſint, g qui largitur, etiã ſi Falcidia partẽ dimidiã fundi abſtulerit, annuã Pãphilæ præſtationem. Reſpondit, B ſecundum ea quę proponerẽtur, non videri minutum, h niſi alia mens teſtatoris probaretur.

Ex voluntate defuncti portio quæ iure fideicommiſſi percipitur, in fideicommiſſum deducitur, & fructus percepti iudicio teſtatoris.Bartolus.

Filium * ex dodrante, vxorem ex quadrande inſtituit heredes: & filij fidei commiſit, vt nouercæ reſtitueret hereditatem. ab ea autem petiit, vt in- C firmitatem filij commendatam i haberet,eique menſtruos aureos denos præſtaret donec ad vicenſimumquintum annum ætatis perueniret : cum autem impleſſet eam ætatem, partem dimidiam hereditatis k ei reſtitueret. filius deducta dodrantis

* Quidam filium.

b *Reditus qui.* aliàs quos.ſ.reditus. & ſecundum hoc debet eſſe.ĵ. præſtarent.aliàs quæ.ſ.quanquagenſima:& tunc habeas,præſtaretur.& quod ſubiicit,prædiis. ſub. aliàs ex.aliàs eſt, pro prædiis. vel dic prædiis.i.ad prædiorum aliquam vtilitatem,ſcilicet ſeminandi vel colendi,vt quinquagenſime expenſa videatur legata.

c *Vendiderunt.* iuſtè quidem,non obſtante tali legato:vt infra titu. j.l.fundi.

d *Reditu.* aliàs reditus:alias reditum.

e *Dumtaxat.* quæ tamen per ſuam æſtimationem ſatis præſtari abſque iſtis reditibus poteſt:vt.ĵ.titu.j.l.fundi.&.ſ.de leg.ij.l. codicillis.§.j.

f *Vendita ſunt.* ab emptoribus autẽ conſtat nil deberi:vt.ſ. de contrahen.empt.l.fin.§.fina.Accurſius.

*A liberto cui.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium,& legauit Sticho liberto ſuo fundum Titianum, ex cuius fundi fructibus percipiebantur omni anno ſexaginta libræ:& rogauit dictum Stichum vt daret omni anno.x. Pamphilæ. Item à dicto Seio ſuo herede reliquit quibuſdam multa alia legata, ſcilicet vltra dodrãtẽ hereditatis ſuæ:& poſtea deceſſit dictus teſtator:& poſtea Seius heres dedit dictum fundum Sticho extracta de eo Falcidia. nunc venit Pamphila, & petit à Sticho annua. x. Stichus autem vult ei ſoluere detracta tamen Falcidia,ſicut & ei Sticho detracta fuit per heredem.quæritur,vtrum poſſit detrahere? & reſpon. quòd non, niſi alia mens teſtatoris probetur cùm ex reditu dicti fundi legata ſunt.x.annua Pamphilæ,qui reditus largitur annuam præſtationẽ Pamphilæ, id eſt.x. etiam ſi Falcidia abſtulit liberto partem dimidiam fundi.nam cum totus fundus reddat nomine fructuum. lx. libras,vt dictum eſt,bene reddet.xxx. libras medietas fundi remanens apud Stichum.legatum autẽ Pamphilæ non erat niſi.x. quolibet anno,vt dictum eſt.Viuianus.

g *Legata ſint.* ſcilicet dena, qui ſcilicet reditus ſufficerent ad annuam præſtationem decẽ,etiam ſi medietatem fundi Falcidia auferret. quod tamen facere non poteſt, niſi ad plus quartam : cùm in ſingulis rebus Falcidia imponatur:vt.C.ad.l.Falc.l.in imponenda.licèt quidam contra:vt ibi no.pro quibus erat hæc.l. Item malè dixit.x. ex reditu legata : ſed dic id eſt occaſione fundi cuius reditum habet libertus.nam aliàs non poſſet onerari.Accurſius.

A h *Minutum.* Not.legatarium non detrahere Falc.Sed contra infra ad leg.Falc. pœnales.§.fina.Solu.ibi rei legatæ pars fideicom. continetur:ideòque pro rata deminutionis damnum iuſtè ſentit fideicom.at hîc ſecus:vt apparet per id quod dicit,annua decem &c. & eodem modo ſol.ĵ. ſi cui plus quàm per legẽ Falc. videamus.&.ĵ. ad Trebel.l. Lucius.§. heres.&.l.facta.§.ſi Titius. &.ĵ.de cõdit. & demõ. l.Plautius.&in qualibet earum not. & ſic etiam nõ obſtat.ſ. titu.j.l. fin. §.j.& de lega.j.l.antepe. in princ.item facit.ſ.tit. ij.l.cũ pater.§.j.& quod not.C.commu.de lega. l.j.Accurſius.

*Filium.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredẽ in tribus vnciis hereditatis ſuæ vxorem ſuam Titiam,&Seium ſuum filium quem habuerat ex alia vxore,infirmum exiſtentem, & minorẽ. xxv. annis inſtituit ſibi heredem in.ix.vnciis:& commiſit fidei dicti ſui filij vt nouercæ ſuæ ſupradictæ reſtitueret dictas. ix. vncias. à dicta autem nouerca petiit vt infirmitatem prædicti filij ſui priuigni cõmendatam haberet, & ei filio præſtaret denos aureos menſtruos donec dictus filius perueniret ad. xxx. an. & cùm impleſſet dictam ætatem, partem dimidiam hereditatis ei reſtitueret dicta nouerca. & poſtea deceſſit hic Titius teſtator,& poſtea dictus filius exiſtens adhuc minor.xxv.an.reſtituit dictæ nouercæ hereditatem deducta ex Trebelliano quarta parte dodrantis ex quo à patre inſtitutus fuerat.& ita reſtituit nouercæ ſex vncias,& tres partes alterius vnciæ: & retinuit ſibi duas D vncias cum quarta parte alterius vnciæ:& poſtmodum factus eſt dictus filius maior. xxv.an. & ita venit tempus quo nouerca erat rogata à teſtatore de reſtituenda priuigno dimidia parte hereditatis,vt dictum eſt.modò quæritur, qualiter debet accipi illa dimidia hereditatis quam nouerca debet priuigno reſtituere? Videtur quibuſdam quòd ipſa debeat ei reſtituere dimidiam totius hereditatis teſtatoris,id eſt ſex vncias. ſed non eſt verum:imò debet reſtituere ſolummodo tantum eius quod habet de hereditate,quantum faciat ſemiſſem,id eſt ſex vncias hereditatis, computato in eo ſemiſſe illo quem detrahit filius per Trebellianũ cùm reſtituit nouercæ dodrantẽ. detraxit autẽ duas vncias, & quartam partẽ alterius vnciæ,vt dictũ eſt. vnde apparet ꝙ nouerca non debet ei reſtituere niſi tres vncias,& tres partes alterius vnciæ : & ita habebit ſex vncias filius.nam nouerca tempore quo reſtituit priuigno dimidiam hereditatis, non inuenitur habere de vniuerſa hereditate teſtatoris niſi dodrantem,id eſt.ix.vncias:& ſemunciam, id eſt me- E diam vnciã:& ſicilicum,id eſt quartã partẽ vnius vnciæ, id eſt cõputatis tribus vnciis in quibus fuit inſtituta à viro, inuenitur habere.ix.vncias,& mediam aliã vnciam, & quartam partẽ alterius vnciæ.reſtituit ergo priuigno tres vncias,& tres partes alterius vnciæ,vt dictum eſt:& ſic ſibi retinet ſex vncias : & ita nouerca inuenitur habere ſex vncias,& priuignus alias ſex de tota hereditate teſtatoris.Sed nunquid nouerca reſtituit priuigno tres vncias,&tres partes alterius vnciæ,vt dictum eſt,debet ſimiliter eidem reſtituere,& fructus qui exiuerunt de dictis tribus vnciis, & tribus partibus alterius vnciæ à tempore mortis teſtatoris vſq; ad tẽpus quo eas vncias priuigno reſtituit?Et dicitur quòd ſic:& hoc intelligitur ex verbis teſtatoris, qui dixit infirmitatem filij habere nouercam commendatam:vnde videtur voluiſſe quòd fructus prædictos ei reſtitueret.Viuianus.

i *Commendatam.* hîc oritur vltima quæſtio.

k *Hereditatis.* No.hereditatis,ſcilicet totius,nõ hereditariam: quia

tres tantùm vnciæ quas iure inſtitutionis habet, veniunt in reſtitutionem: non autẽ quod per Trebel. filius nouercæ reſtituit: vel licèt dixiſſet, tamen venirent: quia hæc videtur eſſe defuncti volũtas. aliàs autem dic vt.C. de fideicommiſ.l.cùm virum.

a *Quarta parte.* quæ eſt duæ vnciæ, & quarta alterius.

parte quarta, [a] ex qua inſtitutus erat, nouercæ hereditatem reſtituit, [b] & poſtea impleuit vicenſimumquintum annum ætatis. Quæſitum eſt, cùm nouerca vniuerſæ hereditatis haberet dodrãtem, ſemunciam, [c] * & ſicilicum, [d] an eius [e] partem dimidiã priuigno ſuo reſtitueret. Reſpõdi, ſecundùm ea quæ proponerentur, tantum reſtituendum, quantum cum eo [f] quod Falcidiæ nomine filius deduxiſſet, ſemiſſem faceret. Idem quæſiit, an quòd infirmitati filij pater conſulere voluerit, [g] fructus quoque medij temporis nouerca ei reſtituere deberet. [h] Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, debere. [i]

b *Reſtituit.* quod fuit ſex vnciæ, & tres partes alterius vnciæ.

c *ſemunciam.* id eſt mediam vnciam.

d *Sicilicũ.* id eſt quartã vnius vnciæ. qđ ſic collige. habet enim tres vncias iure inſtitutionis, itẽ habet ſex & tres partes alterius iure reſtitutionis: & ſic habet nouem, & dimidiam, & quartã vnciæ. & no. ꝙ in lib. Azo. eſt ſicilicum, aliâs ſiliquam, vel ſilicem. & ſemper eſt idẽ ſenſus, [a] ſcilicet vt quartam vnciæ, ſiue. xlviij. partem aſſis cõtineat, vel cuiuſlibet rei. & facit quod de hoc no.C. de epiſco. & cle. authẽ. ſed hodie. Item ad hãc computationem facit inſtitu. de hered. inſtitu.§. hereditas. Accurſius.

* Vide ad hunc locum Ant. Aug. Emend. libro.2.ca.8.

a] Tu vide in hunc locũ Alciatum in annotationibus ad tres poſte. lib. C. ti. de metallariis. & Bartolinũ Pium in annot. ad leges.c.26.

e *An eius.* ſcilicet totius quod habet, qđ eſt verè dextans, non niſi quarta vnciæ minus. Accur.

f *Cum eo.* qđ erat ſextãs, & quarta vnius vnciæ. ſic ergo quatuor vncias reſtituet de eo qđ habet, deducta quarta vnius, & filius habet.ij. & quartam alterius, & ſic ſemiſſem habebit.

g *Voluerit.* in prædicti temporis dilatione.

h *Deberet.* ſcilicet omnes qui menſtruam ſuperabant dationem.

i *Debere.* ſcilicet ex tacita volũtate patris. præſumitur enim pater inducias medij temporis pro vtilitate filij poſuiſſe: vt & ſupra eo.l. Quintus. in fi. & ſupra de leg.ij.l. ſi ita.§. Pegaſus. aliàs in fructibus aliter diſtinguitur, vtrum veniant in reſtitutione: vt not. Cod. ad Trebellia.l. iubemus. & facit ſupra de vſur.le. in fideicommiſſi.§. cùm Pollidius. & ſupra eo.l. eum qui. & infra de reg. iur.l. cum in tempus. & infra titu.j.l. generali.§ duas. & infra ad Trebellia.l. facta.§. ſi heres. Accurſius.

## Si legatarius non implet modũ à teſtatore adiectum, legatum ſibi ſolutum reuocatur. Bartolus.

C Lucius Titius teſtamento patriæ ſuæ ciuitati Sebaſtenorum centum legauit, vti alternis annis ex vſuris eiuſdem certamina [k] ſub nomine ipſius celebrarentur: & adiecit hæc verba: *Quòd ſi conditione ſupraſcripta recipere legatam ſibi pecuniam ciuitas Sebaſtenorum noluerit, nullo modo heredes meos obligatos ei eſſe volo, ſed habere ſibi pecuniam.* poſtea præſes prouinciæ ex nominibus debitorum hereditariorum elegit idonea nomina, & in cauſam legati reipublicæ adiudicauit: [l] poſt cuius ſententiam reſpublica à pleriſque adiudicatis ſibi pecunias percepit. Quæſitum eſt, an ſi reſpublica conditionibus teſtamẽto adſcriptis poſtea non paruerit, legatum ad filios heredes pertineat. Reſpondit, rempublicam voluntati [m] teſtatoris B parêre compellendam: ac niſi faciat, in his quidẽ ſummis quæ per numerationem vel nouationem ſolutæ ſunt, vtili repetitione [n] heredes adiuuandos. ab his verò nominibus quæ neque ſoluerunt reipublicæ, neque nouatione abſceſſerunt à priſtina obligatione, non prohibendos [o] quò minus debitum petant.

Lucius Titius.] CASVS. Lucius Titius inſtituit ſibi heredes Seium & Gaium, & ciuitati Sebaſtenorum, quæ erat ſua patria, centum legauit ita, vt alternis annis ex vſuris eiuſdem pecuniæ celebrarentur in dicta ciuitate certamina ſuo Lucij Titij nomine: & poſtea hæc verba adiecit: ſi conditione ſupraſcripta noluerit dicta ciuitas recipere dictam pecuniam, nullo modo volo ei eſſe obligatos heredes meos: imò volo quòd ſibi habeant dictam pecuniam. & poſtea deceſſit dictus Lucius Titius teſtator. & poſtea venit procurator reipubli. Sebaſtenorum, & petiit dictam pecuniam ab heredibus dicti Lucij Titij coram præſide illius prouinciæ in qua erat dicta ciuitas Sebaſtenorum. & cùm non inueniretur in hereditate pecunia, vel aliæ res mobiles vel immobiles, elegit præſes idonea nomina hereditaria: & dedit ea in ſolutũ dictæ reipu. vſq; ad quantitatem prædictã ei legatam. poſtea autẽ dicta reſpub. exegit pecuniam à quibuſdam de dictis debitoribus, quorum nomina erãt ei adiudicata: & à quibuſdam non exegit. poſtea reſpu. prædicta deſiit alternis annis certamina facere, quæ iuſſerat dictus teſtator fieri: & ſic, vt dixit teſtator, debet remanere dictum legatum apud heredes. quæritur ergo, qualiter ſibi poſſint heredes cõſulere? Et reſpõ. quòd poſſunt repetere à dicta repu. illas ſummas quæ per numerationem vel nouationem reipub. ſolutæ ſunt à dictis debitoribus. à debitoribus autem qui non ſoluerant adhuc di-A ctæ reipu. vel non promiſerant animo nouandi dictæ reipub. poſſunt repetere debitum dicti heredes.

k *Certamina.* id eſt feſtiuitates quæ ſub ludibrio non fiant, ſed ſub cõmemoratione aliquorum honeſtorum morum, vel rerum bonarum præteritarum boni exempli gratia ex eis capiendi. R. vt dixi ſupra leg. annua. Accurſius.

l *Adiudicauit.* ſic quòd res iudicata præiudicare videtur heredibus.

m *Voluntati.* licitæ tamen: vt infra titu.j.l. legatum.

n *Vtili repetitione.* id eſt efficaci, ſcilicet condictione ſine cauſa, vel ob cauſam: vt ſupra de cõdic. ob cau.l. ſi heres. & infra titu.j.l. quidam. & ſupra de lega.ij.l. antepenul.§. à te. & hoc niſi iuſſu præſidis fuerit erogata in muros ciuitatis: vt.C. de expen. ludo.l.j. & infra de admini. re. ad ciui. perti.le.j. &.iiij. & infra titu.j.l. legatum ſecundum R. & Hug. ſed hîc expreſſè dicit teſtator remanere apud heredes ſi ciuitas nollet feſtum facere. Accurſius.

o *Non prohibendos.* quoniã hoc caſu nihil præſes iudicauerit. & facit C. de do. quæ ſub modo.l.ij. Item no. ex hoc §. relictum ſub modo, debere ſolui antè completum modũ cautione exacta: vt not. C. de iis quæ ſub modo.l.j. Accurſius.

## Miniſter electus ad diſtribuẽdum ſatiſdare non debet, niſi pauper fiat teſtatore ignorante. Bartolus.

Largius Eurippianus conſuluit, [p] alumno certam pecuniam patronum teſtamento legaſſe, déque ea re teſtamento ita cauiſſe, *Pecuniam quam Titio liberto & alumno meo legaui, eſſe volo penes Publium Mæuium vſque ad annum vicẽſimumquintũ ætatis eius,* [q] *próque ea computari* [r] *cum eo vſuras quadrantes. quantum autem in ſumptum ei ſtatuẽdum ſit: tu Publi Mæui, cùm patris affectum ei preſtare* D *debeas,* [ſ] *æſtimabis.* Quæſitum eſt, an heredes à Publio Mæuio

Largius Eurippianus.] CASVS. Seius habens Titium libertum ſuum eundémque eius alumnum, fecit teſtamẽtum, & inſtituit ſibi heredes Primum & Secundum: & legauit dicto Titio ſuo alumno & liberto centum. & poſtea ita dixit in eodem teſtamento, Dicta centum volo eſſe penes Publium Mæuium vſque ad. xxv. ann. ætatis dicti Titij legatarij: & pro ea pecunia volo computari cum eo Publio Mæuio vſuras quadrãtes per eum præſtandas dicto Titio legatario. quantum autem ei Titio ſtatuendum ſit nomine ſumptuum, tu Publi Mæui æſtimabis, cùm patris affectum ei Titio præſtare debeas. & poſtea deceſſit dictus Seius teſtator. poſtea venit dictus Publius Mæuius ad dictos heredes, & petiit ab eis dicta centum: & ipſi ſoluerunt non exacta ab eo aliqua cautione de attendendis dicto Titio iis quæ teſtator iuſſerat. poſtea autem dictus Publius Mæuius fuit factus non ſol-E uendo, & ſic non attendit Titio. Nec attendere poteſt illa quæ teſtator iuſſit. Vnde Titius vel heredes Titij eo Titio mortuo volunt agere contra dictos heredes teſtatoris, pro eo quod à Publio Mæuio ſatiſdationem non exegerunt. quæſiuit Largius Eurippianus à Scæuola iuriſconſulto, vtrum poſſent? Et ipſe reſpondit ei quòd non poſſunt, niſi viuente teſtatore Publius Mæuius ſoluendo eſſe deſiiſſet. tunc enim bene debuiſſent heredes ab eo ſatiſdationem exigere, ſoluentes ei dictam pecuniam. & ſi non exigerũt: tenentur dicto Titio liberto teſtatoris, eidémq; alumno teſtatoris & legatario. Viuianus.

p *Conſuluit.* ſcilicet me Scæuolam, dicens, alumno &c.

q *Eius.* ſcilicet liberti.

r *Computari.* repete, volo vt ita ſingulis annis Publius liberto tales vſuras præſtet. Accurſius.

ſ *Debeas.* quia es fortè ſocer eius: vt ſupra ſolut. ma. leg. quia parentis.

ſatis

ſatis accipere[a] debuerint, ſoluētes eam pecuniā.Reſpondit,cùm teſtamento nulla exigendæ ſatiſdationis commemoratio fiat, ſatis habuiſſe[b] heredes ſecundùm voluntatē defuncti Publio Mæuio pecuniam numerare. & ideò necTitius alumnus vel heres eius audiri debeant aduerſus heredes patroni agentes, quòd ſatis non exegerūt.ex ea enim numeratione, etiā à Titio,ac proinde etiam ab heredibus eius liberatos[c] eſſe ſupraſcriptos heredes: niſi viuente[d] teſtatore Publius Mæuius ſoluendo eſſe deſierit.nunc enim cautio ab eo exeigenda eſt.

Diſpoſitio collata ad tempus quo tutela finitur, pubertate ſortitur effectum, etiam ſi tutela finiatur morte. Bartolus.

C Pater duos filios æquis ex partibus inſtituit heredes, maiorē,[e] & minorē qui etiam impubes[f] erat, & in partem eius certa prædia reliquit:[g] & cùm quatuordecim annos impleuerit,certam pecuniam ei legauit:[h] ídque fratris eius fidei commiſit,[i] à quo petiit in hæc verba: *A te peto Sei, vt ab annis duodecim ætatis ad ſtudia liberalia fratris tui inferas matri eius annua tot[k] vſque ad annos quatuordecim. eò amplius tributa fratris tui pro cenſu[l] eius dependas donec bona[m] reſtituas: & ad te reditus[n] prædiorum illorum pertineant, quoad preueniat frater tuus ad annos quatuordecim.*

Quæſitum eſt, defuncto maiore fratre,herede alio relicto,[o] vtrū omnis conditio percipiendi reditus fundorum anniuerſaria[p] præſtetur:[q] alia quæ præſtaturus eſſet ſi viueret Seius,ad heredem eius trāſierint:[r] an verò id omne protinus ad pupillū & tutores[ſ] transferri debeat. Reſpondit: B ſecundùm ea quæ proponerentur† intellegitur teſtator quaſi cū tutore locutus,[t] vt tēpore quo tutela reſtituēda[u] eſt,hæc quæ pro annuis præſtari iuſſiſſet,percipiēdíſque fructibus,finiantur:ſed cū maior frater morte præuētus eſt, omnia quę relicta ſunt, ad pupillum & tutores eius[x] confeſtim poſt mortem fratris[y] tranſiſſe.

Sufficit anni initium eſſe cœptum.hoc dicit.habes ſimile ſupra eodem.l.à vobis.Bartolus.

### XXII. Alfenvs Varvs libro ſecundo Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.

*Filiæ meæ, quotieſcumque*[z] *vidua erit, in annos ſingulos centum hæres meus dato.* Quæritur, ſi filia minus annui[a] temporis vidua fuiſſet, nunquid minus ei cētum deberentur. Reſpondit, ſibi videri, tametſi totus annus nondū fuiſſet,[b] tamen deberi.[c]

Legatum relictum in diem reiterabilem intelligitur eſſe annū & perpetuum.Bartolus.

D

### XXIII. Marcianvs libro ſexto Inſtitutionum.

a *Satis accipere.* tam de vſuris per tempora quàm de ſorte poſt.xxv. annum liberti ei reſtituendis.Accurſius.

b *Habuiſſe.* id eſt,debuiſſe:vel,id eſt,ſatis fore ſi numerauerunt:licet cautionem non exegerint. Accurſius.

c *Liberatos.* hoc autem contingit triplici ratione:vna,quia teſtator nil dixit de ſatiſdatiōe: vt hîc. alia, quia paternū teſtimoniū eū excuſat:vt& aliàs in ſatiſdatio.rem & pupill. ſaluā fore.quę remittitur tutori teſtamētario:vt inſtitu.de ſatisdatio.tuto. §.j.tertia:quia eſt publicus miniſter,&nullū in hoc habet commodū. aliàs ſecus: vt in cōtrario:vt.ſ.titu.j.l.ſi cui.& ad exhiben. l. Iulianus. §.ſi tibi.& infra de conditio. & demonſtratio. l.Titio.in princ.

d *Viuente.*poſt factū teſtamentū, vel etiā antè, cùm hoc ignorabat teſtator: vt argu. j. vt in poſſeſ lega. ſi is à quo §.fi.&.l.ſequen.&.ſ.qui ſatiſda.cogātur.l. ab arbitro. §. j. & idē multò magis ſi poſt eius mortem: quia nō eſt veriſimile patrē habuiſſe ei fidē lapſo facultatibus & opulētia:vt.ſ. de cōfirman.tuto.l. in confir mando.&.l.vtilitatē.& ſupra de adimen. leg. l. iij.§.fin.Accurſius.

*Pater duos.*] CASVS. Gaiushabebat vnū filiū maiorēvigintiquinque ann. qui vocabatur Seius:& habebat aliū filiū impuberē qui vocabatur Publius Męuius.hîc eorū pater inſtituit eos heredes pro æquis partibus:&in partem dicti Publij Mæuij minoris reliquit prędiū Titianū & Seianū,& legauit eidē Publio Mæuio cētū cū quatuordecim ann. impleuerit.à Seio autē maiore filio petiit in hæc verba,A te peto Sei vt des matri fatris tui Publij Mæuij annua decem ab annis duodecim eiuſdē tui fratris, vſque ad quatuordecim ad ſtudia liberalia addiſcenda per dictū tuū fratrē: & vt ſoluas tributa pro dicto tuo fratre donec bona eius ei reſtituas. nā bona eius ſiue partē ſuā volo quod teneas tāquā tutor donec ipſe habebit quatuordecim annos.Item volo quòd ad te perueniant reditus dictorum prædiorū quæ venerūt in partem dicti tui fratris donec ipſe tuus frater perueniat ad quatuordecim ann.poſtea deceſſit dictus Gaius teſtator, & poſtea dictus Seius maior frater deceſſit antequam minor frater compleſſet quatuordecim annos,& inſtituit ſibi heredem quendam extraneum.nunquid erit in eadē conditione heres eius Seij in qua erat ipſe Seius dū viuebat, ſcilicet vt poſſit recipere fructus fundorum prædictorum qui venerunt in partē minoris fratris donec minor frater habuit.xiiij.ann. & vt teneatur præſtare minori fratri centū prædicta ei legata,& vt teneatur pręſtare mater minoris fratris annua. x.à.xij.annis minoris fratris vſq; ad.xiiij.ann. ad ſtudia liberalia addiſcēda per dictū minorē fratrē, & vt teneatur tributa minoris fratris ſoluere, ſicut hæc omnia tenebatur facere Seius maior frater ſi viueret? an verò id omne qđ dictum eſt,protinus ad Publium Mæuium pupillum & ad tutores ſuos transferri debeat, ita quod nihil habeat ibi facere heres Seij maioris fratris? Et reſpon. quòd transferri debet ad minorem fratrem & tutores ſuos cum maior frater morte præuentus eſt, vt dictum eſt.ſi autem non fuiſſet morte præuentus antè.xiiij.an minoris fratris,non tranſirent prædicta ad minorem fratrem & tutores ſuos antè. xiiij. an imò teneretur maior frater vſque ad.xiiij.an.nō autem plus.teſtator enim cùm ita rogauit maiorem fratrem,vt dictum eſt,intelligitur quaſi cum tutore locutus, ſcilicet vt tempore quo tutela reſtituenda eſt.i. tempore. xiiij. annorū minoris fratris finiantur illa quæ iuſſit præſtari per maiorē fratrē minori:& finiatur perceptio fructuū quam debebat facere maior frater de dictis prædiis quæ venerunt in partem minoris fratris. Viuianus.

e *Maiorem.* ſcilicet Seium.Accurſius.

f *Impubes.*& ita maior frater eſt fiduciarius eius tutor: vt inſtit.de fiduc.tute.in princ.Acc.

g *Reliquit.* antè partē, vel etiam in ſuā partē, ſeu pro ſua parte quatuordecim ann. vt infra patet.Accurſius.

† Nihil hic mutandum, ſed ita pungendum putauit poſt verbū proponerētur.

h *Legauit.* id eſt prælegauit.puta centum.

i *Fideicommiſit.*vt dicta c. daret.

k *Annua tot.*puta decē.

l *Pro cenſu.*prædiorum prędictorū legatorum.

m *Bona.*ſcilicet prędia prædicta.Accurſius.

n *Reditus.* hæc verba ꝓ ſunt fratri maiori. aliter enim de fructibus iſtis nihil lucraretur:vt. ſ.e.l.eum. & de leg.ij.l. ſi ita.§.Pegaſus.

o *Alio relicto.* ſcilicet extraneo.Accurſius.

p *Anniuerſaria.* id eſt, ſingulis annis.

q *Præſtetur.*id eſt relinquatur heredi fratris.

r *Tranſierint.* cum onere eiuſdē præſtationis.

ſ *Et tutores.*datos de nouo poſt mortem fiduciarij.Accurſius.

t *Locutus.* ſcilicet cùm fuit locutus cum fratre maiore.

u *Reſtituenda eſt.* à tutore fiduciario: quod eſt ea finita,nō prius:vt inſtit. de Attilia.tut.§. fin. quę finitur morte tutoris,& aliis modis:vt inſtit.quibus mod.tu.fi.per totum.

x *Et tutores eius.*ſcilicet poſtea datos.

y *Fratris.* ſi enim maior frater fratris impuberis fuit tutor ſēper illis verbis quib⁹ teſtator iuſſit reſtituere eū res pupilli poſt pubertatē,intelligitur reſtitutionē velle fieri quoquo tēpore tutela finiretur vt pubertatis,vel.xiiij.an. appellatione omnis tutelę ſignificetur terminus.Si verò nō eſt, ſcilicet frater maior minoris fratris tutor,ſed alius minoris fratris fuit tutor:iubēdo pater prædia pecuniāque filio prælegatā in tēpus pubertatis eius minoris apud maiorem fratrē remanere tutelæ iudicio, fratrē ſanguinis neceſſitate fideicōmiſſi remedio prętuliſſe credatur teſta- E tor,potius quàm maiori voluiſſe conſultū. Cū ergo fratris heres pupillo nō ſit ea neceſſitudine cōunctus ſicut defūctus:prędiorū reditus,quāuis frater eos fuiſſet lucraturus,minimè percipiet cū nō eadē quæ fratri habeatur fides:vt.ſ.de lega.ij. cū pater. §. curatoris.& de vſur.l.iij.§.cùm Pollidius.R.lucratur⁹ dico fuiſſet,ſi hoc voluiſſet teſtator expreſſè: non aliàs:vt dictis. ll.

*Filiæ meæ.*] CASVS. Ego habens filiam viduā, inſtitui mihi heredem Titium,& ita poſtea dixi: Heres meus dato cētum filiæ meę in annos ſingulos quibus erit vidua & poſtea deceſſi.& poſtea dicta mea filia nupſit antè annum completum à tempore mortis meæ: & petiit nihilo minus ab herede integra centum pro eo anno. Certè bene debet habere. Viuianus.

z *Quotieſcunque.* id eſt quotannis.

a *Minus annui.* quia fortè antè annum à morte patris nupſit.

b *Fuiſſet.*expletus,& in viduitate.

c *Tamen deberi.*tota centum:vt.ſ.eo.l.à vobis.& facit. C.de in-

CVm quidã decurionibus diuiſiones [a] dari voluiſſet die natalis [b] ſui, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt, non eſſe veriſimile, teſtatorem de vno anno ſenſiſſe, ſed de perpetuo [c] legato.

Tãtum eſt dicere, per quadriẽnium, quantũ, ſingulis quadrienniis. eadem ratione tãtum eſt dicere, per annum, quantum ſingulis annis. Bartolus.

XXIIII. IDEM *libro octauo Inſtitutionum.*

CVm erat certa pecunia. i. [d] centũ, reipublicæ Sardianorũ relicta per quadrienniũ [e] certaminis Chryſanthiani: diui Seuerus & Antoninus reſcripſerũt, videri perpetuã [f] penſitationem reliquiſſe teſtatorẽ per quadriẽniũ, nõ in primũ [g] quadriẽnium.

XXV. VALENS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

FIliofamiliâs quoad in poteſtate patris ſit, inannos ſingulos dena [h] dari [i] poſſunt.

## DE † VSV ET VSVFRVctu [& reditu] & habitatione, & operis per legatum vel fideicommiſſum datis.

† Incluſum deeſt in indice titu.

## TITVLVS. II.

Vſusfructus ſeruitutis realis nõ poteſt legari vt propriè prẽſtetur: ſed prẽſtabitur prout poteſt. Bar.

I. PAVLVS *libro tertio ad ſabinum.*

B NEc vſus nec vſusfruct⁹ itineris, [k] actus, viæ, aquæ ductus legari poteſt: [l] quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt. nec erit vtile [m] ex ſenatuſconſulto quo cauetur, vt omnium quæ in bonis ſint, vſusfructus legari [n] poſſit: quia id [o] neque ex bonis, [p] neq; extra bona ſit: ſed incerti actio [q] erit cũ herede, vt legatario, quãdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi facultatẽ [r] præſtet, aut ea ſeruitus conſtituatur [ſ] ſub hac cau- C tione, vt ſi deceſſerit legatarius, vel capite deminut⁹ ex ma gna [t] † cauſa fuerit, reſtituatur. [u]

† Additũ Triboniano, quib. ſignificetur maxima tãtùm & media capitis minutio.

dic.vidui.l.fi.§.ſed quia.&.j.quando di.leg.ce.l.nec ſemel.Accurſ.

CVm quidam.] CASVS. In teſtamento meo iuſſi heredi meo, vt die natalis mei diuideret inter decuriones Bononiæ cẽtum libras de hereditate mea. Certè quolibet anno in perpetuũ debet heres meus diuidere inter decuriones centum libras in ſimili die qua ego nat⁹ fui. Quidam autem dicebãt, & malè, quòd vno tãtùm anno deberet dare. Vi.

a Diuiſiones. id eſt, aliquid inter eos diuidẽdum. ſic ſupra de lega. j.l.ciuitatibus.

b Natalis. id eſt, tali die quali natus fuit. ſic. C. de fer. l. omnes. vel dic quali deceſſit, quaſi nũc naſcatur ad gloriam, vt ſit de natiuitate ſanctorum.

c Perpetuo. ſic. ſ. eod.l. legatum. in princ. &. l. annua. §. fin.in fi.& infra.l.proxi.

CVm erat.] CASVS. Titius legauit centum reipu. Sardianorũ vt inde fieret in quolibet capite quatuor annorũ quoddam certamen ſiue ludus qui appellabatur in dicta ciuitate Chryſanthian⁹. certè non videtur eſſe relicta dicta pecunia præſtanda tantùm per vnũ quadriennium, ſed vt præſtetur perpetuo dictæ reipubl. cauſa faciendi dictum ludum in quolibet capite quatuor an. Viuianus.

d Id eſt. hoc verbum, id eſt, ponitur exemplificatiuè pro ſicut, non expoſitiuè, ſicut ponitur. ſ.de vulga ſubſti.l.qui liberis.§.j.

e Per quadriennium. id eſt, vt ſemel fiat præſtatio in quadriennio.

f Perpetuam. aliud in vſufru.reipu.relicto, vt.j.tit.j. l. ſi vſusfru.vbi finitur centum annis: vt not.ſ.eo.annua.vel fortè idẽ erit hîc quod ibi dicitur in vſufru.Accurſius.

g Primum quadriennium. ſcilicet tantùm. & facit ſupra. l.prox.cum ſuis concord.

FIliofamiliâs.] CASVS. Legaui filio Titij in eius poteſtate conſtituto dena in ſingulos annos donec in poteſtate dicti ſui patris erit. Certè valet dictum legatum: & contemplatione patris videtur filio relictum: & ita pater petet. Viuianus.

h Dena. vel propriè, id eſt, x.&.x.vel impropriè, id eſt, x.tantum. & facit.ſ.de leg.j.ſi quis teſtamento. Accurſius.

i Dari. id eſt, relinqui vt dentur quæ pater petet quaſi ſibi relicta: vt.j.de condit.& demonſt.l.filio.& not.ſ.eo.l.annua.§.j. & dicitur valere ex perſona filij, ſicut in ſimili ex perſona ſerui: vt.ſ.de leg.ij. debitor.§.fin.& facit.ſ.de lega.j.ſeruo alieno in prin.Accurſius.

DE VSV ET VSVFRVCTV, &c.

*Sed quid differt hic titulus ab illo de vſufruct.* ſ. *in quo de his tractatur? Reſpon.hîc in vltima voluntate tantũ proſequitur plenè: ibi etiam inter viuos.*

*Annuis legatis rectè iungitur vſus & vſus fructus. ſimilia enim ſunt, cùm morte legatarij finiantur l.8.ſ.tit.prox. His etiam iungitur habitatio & operæ, & reditus quæ etiam vſum vel vſumfructum imitantur, vt libro ſeptimo didicimus. ſed habitatio & reditus morte legatarij finitur, operæ non finiuntur* E *morte. Rectè dixit, Operis in infinitum. nam & liberi hominis operæ legari poſſunt. Quod additur, Et reditu, abeſt ab indice titulorum. ſed contractiores ſunt plerumque tituli indicis, & de reditus ſub hoc titulo eſt l. 22. & 38. quo nomine propriè ſignificantur penſiones quæ ex locatione rediguntur, impropriè fructus omnes l.17.25. Cuiacius.*

NEc vſus.] CASVS. Ego habebam ſeruitutẽ itineris, vel viæ, vel actus, vel aquę ductus in prædio Titij vicini mei: feci teſtamentum in quo inſtitui mihi heredem Gaium, & legaui Sempronio vſumfructum vel vſum alicuius de dictis ſeruitutibus quas habebam in fundo dicti Titij mei vicini, & poſtea deceſſi. venit Sempronius legatarius, & petit à dicto Gaio herede meo vſumfructum vel vſum dictarum ſeruitutum: nunquid poteſt? Et dicitur quòd non. & eſt ratio: quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt. vſusfructus autem vel vſus eſt ſeruitus ſcilicet perſonalis, & ſic non poteſt conſtitui aliqua dictarum ſeruitutum realium. Sed oppo. nonne continetur in quodam ſenatuſcon. quod eſt ſupra de v- A ſufru.earum rerum quæ vſu conſu.l.j. quòd omnium quę in bonis noſtris ſunt, vſumfructum legare poſſimus? Certè ſic. ergo videtur quòd vſumfructum dictarum ſeruitutum nobis competẽtium legare poſſumus. Sed hoc non obſtat iis quę ſupra dixi: quia ſeruitus itineris, vel actus, vel vię, vel aquæductus nõ eſt ex bonis noſtris, neque extra bona noſtra. quamuis autẽ non poſſimus cõſtituere vſumfructum vel vſum dictarum ſeruitutum, vt dictum eſt, tamen dictus Sempronius cui legaui, habet act. incerti contra Gaium prædictum heredem meum vt eidem legatario prę- ſtet facultatem eundi, agendi & ducendi aquam per fundum dicti Titij mei vicini quãdiu vixerit dictus Sempronius legatarius: & tenebitur hoc facere heres meus. aut ſi nõ vult hoc facere heres meus, debet conſtituere dicto legatario ſeruitutẽ eundi agendi & ducẽdi per fundũ dicti mei vicini. Item debet promittere dicto legatario quòd ſi deceſſerit ipſe legatarius, vel magnã deminutionem capitis paſſus fuerit, ſicq; quãtum ad eum legatarium extincta fuerit dicta ſeruitus, reſtituet ei dictam ſeruit. in prædio dicti vicini. quamuis enim ego teſtator qui habebam dictas ſerui.reales in prędio vicini, deceſſerim, tamen remanent heredi meo: vt.j.de ſerui.leg.l.pater. Viuianus.

k Itineris. quid ſit iter, & actus, & via, & aquæductus, habes ſupra de ſeruit.ruſtic.prædio.l.j.Accurſius.

l Legari poteſt. ab eo cui debentur huiuſmodi ſeruitutes præfatæ: quia ſeruitus, &c. & argumẽtatur à toto. per ſe enim ſeruitus intellecta, ſine re quæ ſeruit, nullius fructus eſt, vt ſupra de vſur.l.videamus. Item nec de loco ſeruienti poteſt legari, ab eo ſcilicet cui debetur ſeruitus: quia dominium eſt alterius: vt.ſ.ſi ſerui.vindi.loci D corpus. vnde non poteſt conſtituere ſeruitutem ille cui debetur: vt ſupra commu.præd.l.j.§.ideò. ab eo autẽ qui debet ſeruitutes prædictas, bene poteſt conſtitui ſeruitus alia quę non noceat primæ: vt ſupra de ſerui.ruſt.præd.l.ij.§.j.&.ij. & pe.&.l.per quam.&.ſ.com. præd.l.qui per certum.

m Vtile. ſcilicet legatum.

n Legari. vt.ſ.de vſufru.earum re.quæ vſu conſu.l.j. Accurſius.

o Quia id. ſcilicet ſeruitus.

p Ex bonis. imò in alienis bonis eſt ſemper: quia ſua res nemini ſeruit: vt.ſ.ſi vſusfru.peta.l.vti frui. ſed dic nõ in proprietate aliena. ſecundum quid ergo dicitur non eſſe in bonis? quia per ſe ſine fundo dominante non poteſt alienari: cùm ille non habeat fortè prædium cui alienaretur: vt.ſ.de cura.fur.l.Iulianus.& inſtit.de ſer.§.ideò autem. Item nec vſusfru.poteſt alienari: vt inſtit.de vſufru.§.finitur. Item prædiales non ſunt in bonis alia ratione: quia videntur E non eſſe, vel extinctę eſſe nam & manica videtur extincta cùm accedit veſtimento: vt inſtit.de rerum diui.§.ſi tamen.& tignum non videtur poſſideri cùm accedit ędificio: vt.j.de vſuc.l.eum.&.l.rerũ. Item nec in petitione hereditatis veniunt: vt.ſ.de peti.here.l. & nõ tãtùm.§.fi. ſed non ſimpliciter ſunt ſeruitutes extra bona, cùm poſſidentes exceptionem, & non poſſidentes habeamus actionem: vt.j.de acquiren.rerum do.l.rem in bonis.& poſſunt obligari ruſticę, licèt non vrbanæ: vt.ſ.de pign.ſi is.§.fin.&.l.ſeq.& facit.ſ.de ſer.ru. præ.l.cùm eſſet.in fi. Accurſius.

Seruitutes an ſint in bonis, vel extra bona.

q Incerti actio. ſcilicet actio ex teſtamento: quæ datur ad factum, vt.C.de re.permu.l.rebus. Accurſius.

r Facultatem. de facto.

ſ Conſtituatur. de facto.

t Ex magna. ſcilicet maxima vel media, vel etiam minima olim: ſed hodie ſecus: vt.C.de vſufru.l.corruptionem.§.ſed nec omni.

u Reſtituatur. heredi. & ſic non tranſit ad heredem legatarij. ſic

&.ſ.de

&.s.de vſu & ha.l.vſus aquæ.& de ſerui.ruſti.præd.l.pecoris.& de lega.j.l.apud.§.ſi quis.Accurſius.

Iſta lex ponit tres differentias inter legatum operarum,& legatum vſusfructus.Bartolus.

II. PAPINIANVS *libro ſeptimodecimo Quæſtionum.*

HOminis operæ legatæ, capitis deminutione [a] vel nõ vtendo non amittuntur: & quoniam ex operis mercedem percipere [b] legatarius poteſt, etiam B operas eius ipſe locare poterit: [c] quas ſi prohibeat heres capi, tenebitur.[d] Idem eſt & ſi ſeruus ſe locauerit.Et quia legatarius [e] fructuarius non eſt, ad heredem ſuum operarum legatum tranſmittit: [f] ſed ſeruo vſucapto [g] legatum perit.[h]

III. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

HOminis [i] quoq; liberi operæ legari poſſunt, ſicut locari,& in ſtipulationem deduci.

IIII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI purè proprietas legata erit, ea ad legatarium perueniet, [k] quamuis fructuarius heres ſit inſtitutus.

Non poteſt quid ab eo caſu incipere, quo debet extingui.Bar.

V. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

HOminis operæ.] CASVS. Legaui tibi operas in Sticho ſeruo meo.poſt mortẽ meam tu fuiſti capite minutus minima capitis deminutione,puta quia fuiſti emancipatus vel adoptatus: vt ſupra de capi. demi.l.ſi. in fin.vel ſtetiſti per decem annos inter præſentes,vel per viginti inter abſentes,quòd non fuiſti vſus illius operis:quo quidem tempore amittitur vſusfructus:vt. C. de vſufruc.l. corruptionem. nunquid dictis duobus caſibus amitteres operas? Et dicitur quòd non: & ita in hoc vltimo caſu differt legatum vſusfructus à legato operarum. Sed nunquid poteris tu legatarius operas dicti ſerui locare,& mercedem recipere? Et dicitur quòd ſic. & ſi heres prohibet cõductorem capere dictas operas, tenetur legatario qui locauit eas. ſed & ſi ſeruus in quo legaui tibi operas, locauerit ſe alicui: certè tu legatarius operarũ debebis capere mercedẽ, & poteris agere contra heredem ſi non patiatur vti illum qui conduxit à ſeruo operas. Item nunquid te legatario mortuo tranſit legatum operarum ad heredem tuum?Et dicitur quòd ſic: quia non es fructuarius. ſeruo autẽ in quo tibi operas legaui, vſucapto à quodam alio extraneo,bene perit legatum prædictum operarum. Apparet ergo per ſupradicta quòd poſſum tibi legare operas in ſeruo meo. ſed & in libero homine, puta in liberto meo poſſum tibi operas legare,ſicut & locare & promittere poſſem.& hoc dicit cum l.ſeq. Viuianus.

a *Deminutione.* ſcilicet minima. Sed contra inſtitu. de acquiſit. per ar. in princip. ſed ibi in opera liberti, quæ non tribuit ius in perſonam,quia eſt liber:hîc ſerui. Et nota in duobus diſtare hoc legatum operæ ab vſufructu:vt inſtitu.eo.§.finitur. item facit.s.de ope.ſer.l.ij.

b *Percipere.* imponendo eas ipſi ſeruo: vt.s. de vſu & habi.l. ſed ſi ipſi.non dico locando:vt.s.de vſufru.l.adhuc.§.ſi ſeruo.

c *Poterit.* ſcilicet alij.

d *Tenebitur.* ad intereſſe illi legatario.

e *Quia legatarius.* cui ſcilicet operæ ſunt legatæ,non eſt &cæt.imò differt in multis:vt hac l.&.s.de ope.ſer.l.ij.not.Sed contra eo.titu. l.v.vbi dicit vſum videri legatum. ſed dic vſum, & etiam plus: vt ibi.Accurſius.

f *Tranſmittit.* niſi aliter teſtator dixerit:vt.s.vſufruct. quemad. ca. l.idem eſt.&.l.penul.vel illud ad annum legatum operæ.

g *Vſucapto.* ab extraneo.ſecus in vſufructu & vſu.

h *Perit.* vt.s.de vſufruct.l.locum.§.proprietarius.&.j. de vſufruct. l.iuſto.§.nõ mutatur.& quare ſecus,poteſt quæri.ſic & poſſet quęri ratio aliarum differentiarum.& facit.j ad legẽ Falc.l.j.§. ſed operis.Accurſius.

i HOminis. pone exemplum in liberto qui debet operas patrono certas:qui patronus poteſt locare & promittere & legare:vt.s.de condic.indeb.l.ſi non ſortem.§.libertus.ibi,ſed ſi delegatus.&.j.de oper.lib.l.operæ in rerum.Item & ſi liber homo locauit mihi operas ſuas in quinquennium, ius meum poſſum aliis legare.An autem in perpetuũ poſſit liber homo ſuas locare operas: dic vt not.s.de vſufruct.l.iij.§.ne tamen.Accurſius.

SI purè.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium qui habebat vſumfructum in fundo meo Titiano: & Seio legaui purè proprietatem fundi prædicti.certè recta via trãſit in legatarium dicta A proprietas nuda.Videbatur aliquibus contra, eo ꝙ fructuarius inſtitutus fuit heres. Videbatur enim eis ꝙ adita hereditate à dicto fructuario dominium dicti fundi ad eum tranſiſſet,ſicq; extinctus eſſet vſusfructus, & ſic non nudam proprietatem habere debeat dictus Seius, ſed plenã. Sed ipſi malè credunt: qa ſicut litera dicit, purè legata fuit ꝓprietas: & ideò recta via,vt dixi trãſit in Seium legatarium, taliter quòd non efficitur Titij fructuarij. ſecus autẽ ſi ſub cõditione dicto Seio legaſſem:quia tunc pendẽte cõditione eſſet heredis facta dicta proprietas, ideóque extinctus eſſet ſuus vſusfructus:ſicque adueniente conditione legati habebit eam plenam legatarius:vt no.s. de lega.j.l. ſeruus Titij. Viuianus.

k *Perueniet.* recta via,vt nec momento apud heredem fuerit:vt.s. de pecu.l. ſed ſi damnũ. §. ij. & ideò aditione hereditatis facta à fructuario herede,nõ extinguitur vſusfructus. quod ſecus eſſet ſi ſub conditione proprietas eſſet legata:vt.s.de ſerui. l. Papinianus. & facit quod nota.s. de vſufru. l. v.§. fi.Accurſius.

VSumfructum cùm moriar, inutiliter ſtipulor. idẽ eſt in legato: [l] quia & cõſtitutus vſusfructus morte intercidere ſolet.

In obligationibus faciẽdi quãdo deſiit poſſe fieri, petitur intereſſe.Bartolus.

VI. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

B SI vſusfructus mihi in biennium continuum à morte teſtatoris legatus ſit, [m] & per heredem ſteterit quo minus eum mihi daret,præterito biennio nihilo minus tenetur: quemadmodum teneretur ſi res legata in rerum natura eſſe deſiſſet, quam quis deberet, moratúſque eſſet in ea dãda: [n] vt peti quidem iam vſusfructus qui legatus ſit, non poſſit, quia alius futurus ſit, [o] quàm qui legatus fuerit: ſed æſti- C matio eius bima [p] † dumtaxat facienda ſit.

† id eſt biennalis.

VII. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

OPeræ teſtamẽto relictæ quãdo cedere debeant? vtrum ex quo petit [q] eas legatarius, an ex quo adita hereditas [r] eſt? & cui pereant dies quibus æger ſeruus fuit? Et puto ex die pe-

VSumfructum.] CASVS. Titius promiſit mihi vſumfructũ fundi Titiani cùm moriar:vel eodẽ modo legauit mihi vſumfructũ dicti fundi.certè nõ valet promiſſio vel legatum:quia ſi iam eſſet mihi conſtitutus dictus vſusfructus,morte mea ſuperueniente intercideret.Viuianus.

D l *In legato.* puta lego tibi vſumfructum alicuius rei cum morieris: vt.s.de vſufruc.Titio.& ſic in libertate: vt.s.de manu. teſta.l. libertas.in prin.ſic &.s.de iur.do.l.Iulianus.Accurſius.

SI vſusfructus.] CASVS. Titius legauit mihi vſumfructum fundi ſui Titiani vſque ad biennium cõtinuum à tempore mortis ſuæ, & deceſſit.poſtea per heredem ſuum ſtetit quo minus daret mihi dictum vſumfructum intra biennium.certè tranſacto biennio nihilo minus tenetur mihi heres, & poſſum ab eo petere æſtimationem dicti vſusfructus per biennium, & non autem vſumfru.quia ex quo tranſactum eſt biennium,iam peterẽ alium vſum fructum,quàm qui mihi legatus ſit, & teneretur mihi heres Titij, ſi aliqua res legata mihi à Titio in rerum natura eſſe deſiſſet poſt moram quam fecit heres in ea mihi danda.h.d.Viuianus.

m *Legatus ſit.* & ſic ad diem:quod eſſe poteſt:vt.s.famil. erciſ.l.& puto.§.vſusfructus.

n *Danda.* nam tunc tenetur heres ad æſtimationem:quod dic: vt E s.de leg.j.cum reş.in fi.

